I
XV
5

Toletan
B.C.V.S.L
S. Mari
A. Jesu
No Ani

SACRA RITUUM
# CONGREGATIONE
*Eño, & Rño Dño Card.*
# DE TANARI.
## TOLETANA
*Beatificationis, & Canonizationis*
VEN. SERVÆ DEI
# SOR. MARIANNÆ A' JESU
Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.
# RESPONSIO
AD NOVAS
*ANIMADVERSIONES*
R. P. Fidei Promotoris.
SUPER DUBIO:
*An conſtet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate in Deum, & in Proximum; & de Cardinalibus, Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in caſu &c.*

ROMÆ, MDCCXLII.
Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ
*Superiorum permiſſu.*

# TOLETANA

*Beatificationis, & Canonizationis*

VEN. SERVÆ DEI

# SOR. MARIANNÆ

# A' J E S U

Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.

N O V Æ

## *ANIMADVERSIONES*

R. P. Fidei Promotoris.

S V P E R D V B I O.

*An conſtet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate in Deum, & in Proximum; & de Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in caſu &c.*

## Bme Pater.

1 ETsi in veritatis obſequium vltrò fatemur, quod in Congregatione antepręparatoria peracta in Ædibus Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Bellugæ Ponentis ſub die 21. Ianuarij 1738. non ſine plauſu diſcuſſa, & audita fuerit hæc Cauſa; nihilominus cùm aliquæ difficultates non defuerint, quæ vlteriorem à Poſtulatoribus elucidationem exigere videbantur, idcircò has nouas Animaduerſiones exarare, muneris mei ratione ſum coactus; In quibus inhærendo ordini iàm à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Philippenſi Anteceſſore meo laudatiſſimo adhibito in ſuis præuijs Animaduerſionibus,

in quatuor Capita, ſeù Inſpectiones ſingula reuocabo; quarum prima erit de Præliminaribus; Secunda de Probationibus; Tertia de Releuantia; Et quarta demum de Obſtaſtiuis.

# INSPECTIO PRIMA.

## De Præliminaribus.

2 NON poſſe omninò in his Cauſis vltrà procedi, niſi reuiſis Scriptis, alijſque Operibus Seruorum Dei, quæ illos exaraſſe conſtiterit, vel niſi præhabitis opportunis, atque exquiſitis diligentijs, ea nullibi amplius exiſtere, compertum ſit, res eſt adeo certa tùm ex diſpoſitione Decretorum Generalium ſan: mem. Vrbani VIII. *pag.* 54. §. *Præterea*, tùm ex inconcuſſa praxi huius Sacræ Congregationis, vt nulla indigeat probatione; Huic autem diſpoſitioni, & praxi non adhùc dici poſſe in hac Cauſa plenè ſatisfactum ſuadebatur, quia ex vna parte ambigi nequit, Seruam Dei Mariannam à Ieſu plura ſcripto exaraſſe, vt ex eorum Cathalogo exhibito *in præteritis Animaduerſionibus pag.* 2. §. 2., *& in præterito Summario Additionali pag.* 249., *& ſeq.* §. *Vnic.*; Et hæc omnia (excepta Vita ipſius Seruæ Dei, & paucis quibuſdam verſiculis) adhùc exhibita non ſunt; neque reuiſa; Ex alia verò parte diligentiæ hactenus per Poſtulatores adhibitæ ad eadem Scripta inquirenda, tales profectò non videntur, quæ adeò nos certos faciant de eorum inexiſtentia, vt prorſus inutilis ſit, & fruſtratoria quæcumque vlterior diligentia.

3 Ex Proceſſiculo enim per Poſtulatores exhibito conſtat, perquiſitionem, ac diligentias, factas tantummodò fuiſſe *in Oppido Matritenſi*, & ſignanter *in Conuentu S. Barbaræ* eiuſdem Oppidi; Sed cùm ex Summario, & Proceſſibus habeatur, quod Scripta Seruæ Dei, & præſertim *Epiſtolæ* exaratæ quidem fuerint Matriti, ſed aliò directæ, & ad Perſonas alibi degentes, proùt ſignanter liquet de ijs, quas Teſtis in *Proceſſ. fol.* 3004. ſe attuliſſe inquit *à Vagliadolid. . . . à vn certo Religioſo*, & de ijs, de quibus Card. Treſſius ſibi ſcriptas fatetur, eaſque apud ſe aſſeruaſſe, *vt ex Summario pag.* 52. §. 28. ſufficientes vtique, & adæquatæ dici non poſſunt diligentiæ peractæ in ſolo Oppido Matriti, & Conuentu S. Barbaræ: Porrò pro ijs omnibus inueniendis non erat in caſu reſpiciendum ad terminum à quo illæ ſcriptæ ſunt; ſed recurrendum omninò erat ad terminum ad quem illæ ſunt directæ, & in quo Perſonæ illæ degebant, vel obierunt; Ideoque non omittendæ ſunt vlteriores diligentiæ, tùm in Vrbe, ac Iuriſdictione Valliſoletana, in qua degebat Religioſus ille, cui Seruam Dei Epiſtolas dediſſe, narrat Teſtis ſupra memoratus. Tùm etiàm vel in Vrbe Malacenſi, in qua prædictus Card. Treſſius Pontificatum geſſit, diemque clauſit extremum, vbi inueriſimile non eſt, quod extent eius monumenta in Cancellaria, aut Archiuio Epiſcopali, vel in Loco vbi ille ortum habuit vel Domicilium retinent eius Propinqui, & hæredes; & ſic prò cæteris Epiſtolis in alijs Locis, & Ciuitatibus Hiſpaniarum Regni, in quibus poſſibiliter reperiri poſſunt, proùt in alijs Cauſis poſt ſemel inutilitèr in aliquibus Locis peractas diligentias, factum fuit, nimirùm in

Cauſa

Cauſa Papien. Serui Dei Alexandri Sauli, & in Cauſa Serui Dei Bernardini Realini, in quibus à Sac. Congregatione datæ fuerunt literæ Encyclicæ, ſeù, vt aiunt, Circulares Epiſcopis variorum Locorum, & Regionum cum facultate compellendi Iuris remedijs quaſcumque Perſonas ad notificandam, & exhibendam quamcumque Scripturam Serui Dei, quàm in forma autographa, ſeù Originali apud ſe retinerent, prout teſtatur *Eminentiſſimus Lambertin. de Seruor. Dei Beatificat. &c. lib. 2. cap. 34. num. 1., & 2.*, vbi etiam exhibet Epiſcopis modum, quo in his caſibus ſe gerere debeant, vt munus ſibi commiſſum in dictis Literis rectè adimpleant.

4 Deindè inſiſtendo etiàm eidem Proceſſiculo ſuper diligentijs factis in Conuentu S. Barbaræ, & Oppido Matritenſi, non de facili acquieſcendum videtur, ſignanter quoad nonnulla, quæ fuerunt typis impreſſa, *vt ex Summario pag.* 178. §. 9. ibi = *Fece ſtampare* (Serua Dei) *il Tè Deum laudamus in lode della Santiſſima Vergine, & acciò godeſſero li Fedeli, lo fece tradurre in lingua Caſtigliana* = *& Proceſ. Apoſtol. fol.* 1981. ibi = *Per la deuozione, che portaua al Miſtero della Santiſſima Trinità, fece ſtampare* (eadem Serua Dei) *vn Libro, che trattaua di eſſo, e che comincia* = *Beatiſſima Trinità, il quale ..... diſtribuiua tra Perſone ſue conoſcenti, & in Caſa della Teſtimonia ven'è vno* = *& fol.* 2340. *terg*, ibi = *Per incitare i ſuo Proſſimi a penitenza, fece ſtampare alcuni Libreti, che moueuano à queſta* = Nàm cùm non agatur de vno, aut altero exemplari manuſcripto, ſed de Operibus typis impreſſis ad commodum Fidelium, & quorum per conſequens multa, & longè multa exemplaria fieri, & ſpargi conſueuerunt, ſicuti vix ſuaderi poteſt, quod ex tot nè vnum quidem ſuperſit, ità ſuperuacanea videri non poteſt, nèc debet vberior, ac diligentiùs repetita inquiſitio tùm in ipſo Oppido Matritenſi, tùm in alijs locis ſaltem non longè diſſitis, ad quæ perueniſſe facilè credi poteſt.

5 Maximè quia verſamur in puncto materiæ ſatis delicatæ, & fæminea ſexus capacitatem longè excedentis, prout eſt directio aliorum in vi- Spiritus, ſeù pænitentiæ; ac fortiùs etiam tractatio excelſiſſimi Myſterij Sanctiſſimæ Trinitatis; nec non applicatio Hymni *Tè Deum laudamus* ad B. Virginem, qui Hymnus cùm fermè totus verſetur in Dei attributis recenſendis, quatenùs Dominus eſt, Omnipotens, Creator, & Redemptor, valdè periculoſum eſt, vt in eo applicando ad B. Virginem in aliquo ex prædictis attributis aliquis fortaſſe defectus committi potuerit, præſertim à muliere Theologicis ſtudijs non imbuta. Potiſſimum verò ſi hæc ipſa applicatio in eo ſita fuerit, vt prædictus Hymnus tantummodo de latino in Caſtellanum idioma translatus, appropriatus fuerit, proùt iacet Beatiſſimæ Virgini [vt ex verbis Teſtis ſuprà relatis ſuſpicio inſurgere videtur] quo caſu huiuſmodi applicatio nedùm non laudabilis, ſed vt inordinatam inuoluens Religionem, eſſet omninò culpabilis, prout latiùs infrà, vbi de Obſtatiuis; Quò circà nemo non videt, quàm neceſſarium ſit, vt eadem impreſſa exemplaria diligentiùs perquirantur, atque omninò exhibeantur.

6. Quin iuuet reſponſio forſitan à Poſtulatoribus afferenda, quod nimirum cum relati Teſtes dicant quidem, quod Serua Dei *fece ſtampare* prædicta Opuſcula; non autem, quod eadem ipſa *compoſuerit*, eorum dictum intelligendum nequaquam veniat de Opuſculis ab ipſa Serua Dei compoſitis, & proindè non cadant ſub cenſura prædictorum De-

 cre-

cretorum, quæ loqui videntur de ſolis operibus à Seruis Dei compoſitis. Etenim quamquam hucuſque certe non conſtet, quod Serua Dei prædicta Opuſcula verè compoſuerit, ſed tantum, quod operam nauauerit, vt Typis imprimerentur, cum tamen Teſtes, qui dicunt expreſsè, quod Serua Dei eadem Opuſcula *fece ſtampare*, expreſsè non dicant, quod eadem non compoſuerit, imo nullum, vel leue indicium præbeant, quo excludatur, quod Serua Dei memorata Opuſcula compoſuerit; cumque naturalis, & obuius ſenſus illorum verborum *fece ſtampare*, potiùs importare videatur, quod Serua Dei authrix fuerit prædictorum Opuſculorum, vt cuicumque notum eſt, ex hoc ſaltem aſſequimur, vt pro huius rei veritate eruenda, à qua pendet judicium, an reuera dicta Opera ſubſint nèc nè præfatorum Decretorum cenſuræ, omnino reiterandæ ſint diligentiæ pro ijs reperiendis; Nàm quatenùs contingat aliquod exemplar reperiri, & ex eius inſpectione deprehendantur præſeferre nomen Seruæ Dei veluti authoris eiuſdem Operis, in hoc caſu, in quo, vt in propoſito obſeruat *Eminentiſſimus Card. Lambertinus lib.2. cap.34. num.6. pag.364. in princ. vrget præſumptio, quod Opera ſint eius, cuius nomen præſeſerunt, & multò magis ſi ſub eo nomine fuerint Typis edita*, erunt ſine dubio reuiſioni ſubijcienda; & quidem etiamſi eorum autographa, ſiue originalia non reperirentur, quorum exiſtentiam, & exhibitionem non requiri, quoties agitur de Operibus ſub nomine alicuius Serui Dei, & ipſo adhuc viuente Typis editis, plures caſus diſtinguendo tradit idem *Eminentiſſimus Author dicto lib. 2. cap. 26. num. 6. vers. Aut opera*.

7. Quatenus autem eiſdem exemplaribus repertis, comperiatur, nomen Seruæ Dei non præſeferre, nullaſque occurrere circumſtantias; aut indicia, quibus ſuadeatur, eadem Opuſcula compoſita eſſe à Serua Dei, (quod tamèn ijſdem operibus inſpectis, penſatiſque omnibus circumſtantijs, à Sacra Congregatione judicandum erit) adhuc tamen vtiles, & neceſſariæ cenſendæ erunt reiteratæ diligentiæ; Quoniam cum Serua Dei, quæ eadem Opuſcula imprimi fecit, & euulgauit, adeò adhæſiſſe dicenda ſit ipſorum Opuſculorum opinionibus, vt eas ſibi proprias quodammodo fecerit, indiſpenſabilis eſt eorum exemplarium exhibitio, vt mihi datum ſit proponere, & Reuerendiſſimis Conſultoribus examinare obſtatiua, ſi quæ fortè ex prædictis Opuſculis ſcaterent aduerſus mores, & Virtutes Seruæ Dei juxtà conſtantiſſimam praxim Sac. Congregationis cuicumque notiſſimam.

8. Sic igitur demonſtrata neceſſitate exquiſitiorum diligentiarum pro reperiendis prædictis Epiſtolis, & Opuſculis, vt plenè ſatisfiat diſpoſitioni Decretorum Generalium, & praxi Sacræ Congregationis, atque præuentiuis reſponſionibus euacuatis motiuis, quibus fortè Poſtulatores ſibi blandiri poſſent, quod ad vlteriores diligentias non teneantur, jam agnoſcent ijdem ſolertiſſimi Poſtulatores eorum onus ſollicitè curandi, vt exactiùs nouæ fiant perquiſitiones, etiam vt expeditiori, atque feliciori Cauſæ progreſſui conſultum ſit; Nam ſi daretur caſus, (qui ſanè facilè dari poteſt) vt aliquando erumperet aliquod ex prædictis ſcriptis, & Opuſculis, præſertim impreſſis, in quocumque Cauſæ periodo id contingeret, deberet vtique Cauſæ curſus interrumpi, atque ſiſti, donec feliciter abſolutum fuerit Iudicium ſuper operum reuiſione, vt pluribus allatis exemplis demandatæ operum reuiſionis,

nedum

nedum pendente diſputatione Dubij ſuper Virtutibus in ſpecie, ſed etiam eo abſoluto, factaque Beatificatione, & Cauſa procedente ad ſolemnem Canonizationem docet *Emus Lambertinus d. lib.2. cap.27. num.8.*, quod ſanè euenire non poſſet ſine maxima jactura temporis, aut etiam ingentium expenſarum vſque tunc factarum, ſi fortè ex operibus, aut ſcriptis non adhuc exhibitis aliquod emergeret obſtatiuum, quod vtpote inſuperabile, Cauſæ curſum penitus perimeret; Ideoque etiam ex hoc capite, nè ſcilicet huic periculo, ijſque præiudicijs Cauſa exponatur, magis conſultum erit, ſi quantocitius fiant quęcumque poſſibiles diligentiæ pro eorumdem Scriptorum, & Opuſculorum perquiſitione.

# INSPECTIO SECVNDA.

## De Probationibus.

9 DEueniendo autem ad Probationes, quamquam Poſtulatores in eorum elaboratis Reſponſionibus plures, & quidem valdè adæquatas dederint reſponſiones ſingulis oppoſitionibus contra probationum ſufficientiam jam excitatis à Reuerendiſſimo Anteceſſore meo in ſuis præuijs Animaduerſionibus, attentis tamen peculiaribus huius Cauſæ circumſtantijs, non adhùc plenè acquieſcendum videbatur probationibus, quæ afferuntur. In qua re non fuit ſtatim omiſſum animaduertere, quod deficiebat examen multarum Perſonarum, quæ pluribus annis ante obitum Seruæ Dei ab Eminentiſſimo Toletano Archiepiſcopo miſſæ fuerunt, vt ex induſtria explorarent illius Spiritum, an verè eſſet ex Deo, vt habetur ex Teſte CXXXIII. *Summario pag.*168. §. 27...... vbi ait = *Che poſſono eſſere da vndici anni in circa, che per ordine dell' Illuſtriſſimo Signor Cardinale Sandoual Arciueſcouo di Toledo la vennero à eſaminare il ſuo Spirito ( Seruæ Dei ) molti Religioſi, e Clerici graui, e vi atteſero molti giorni* = Cum autem huiuſmodi Peſonæ, *& multæ* fuerint, & *graues*, vtpote *Religioſi*, *& Clerici*, & ex induſtria electi ab Archiepiſcopo, & quæ commiſſum ſibi munus attentè, & exactè adimpleuiſſe memorantur *per molti giorni*, quemadmodum non erat omninò earum examen omittendum, vtpotè quæ erant omni exceptione maiores, magiſque idoneæ ad teſtimonium perhibendum de Vitæ geſtis Seruæ Dei, juxta conſiderata per *Farinac. de Teſtib. quæſt.* 62. *num.* 21.

10 Ità ex hac omiſſione magis diminuta, & ſuſpecta videbatur fides Teſtium in Proceſſibus examinatorum, quorum longe maior pars vel ſunt fęminæ, quæ ex propria natura infirmi ſunt Iudicij; Vel ſunt Correligioſi eiuſdem Ordinis, quorum plurimi ſelecti, & exhibiti in Summario ad probandum, apparent maxima affectione, & obligatione obſtricti erga Seruam Dei ſignantèr ex capite eleemoſynarum, aut alterius alicuius temporalis beneficij collati nedùm in commodum totius Monaſterij, aut Religionis, ſed etiàm particularium Perſonarum ipſorum Teſtium Religioſorum; Nàm & ſi in his noſtris Cauſis ad ferendum Teſtimonium admittantur fęminæ, & Correligioſi, & quidem non attento, quod aliqua affectione obſtringantur ergà SeruosDei

ob aliqua beneficia, quæ tamèn collata fuerint vèl in commodum totius Monaſterij, aut Religionis; Vel ſi in particulare commodum Religioſorum, id tamèn ad ſummum verificetur quoad vnum tantum, vèl alterum ex tot Religioſis, qui examinati fuerunt, vt reponebant Poſtulatores in *eorum Reſponſionibus pag.28. & ſeqq. à num.26. ad plures ſeqq.*; Id autèm non ità facilè admittendum videbatur in caſu noſtro, in quo, vt mox notaui, examinari poterant Teſtes magis idonei, à quacumque ſuſpicione immunes, omnique exceptione maiores; vrgente in his terminis illa Iuris propoſitione ſatìs vulgata in Criminalibus Iudicijs [ quibus has noſtras Cauſas quoad probationes æquiparari exploratum eſt ] quod tùnc ſolùm admittantur Teſtes minùs idonei, quandò alitèr veritas haberi non poteſt, non autèm quando ſecùs per *Textum in leg. Si conſenſu §. Super plagis Cod. de repud. & in leg. Omnis §. A' Barbaris ff. de re milit.*, *Cap. Veniens il 2. extrà de Teſtib. Gloſſ. in Cap. Cùm dilecti verb. & ſi tres de delict. Gabriel. de Teſtib. concluſ.7. num.1. Farinacc. eodem tract. de Teſtib. quæſt.62. numer.21.*, *& num.50. & ſeqq.* vbi concordan.. Maximè quia cùm ſemper vrgeat aliqualis præſumptio non leuis affectionis huiuſmodi Religioſorum erga Seruam Dei, non penitùs ceſſat quæcumque ſuſpicio, quod non ſincerè, ſed cum aliqua affectione, & exageratione Virtutum actus Seruæ Dei recenſuerint, quod certè eorum valdè minuit teſtimonium ex deductis in *dictis præuiis Animaduerſionibus pagin. 5. & ſeqq.*

11 Non enim penitùs ceſſare videbatur in eiſdem Teſtibus quæcumque ſuſpicio affectationis, & exagerationis, ſignantèr in aſſerendo noſtram Seruam Dei prorsùs immunem à quibuſuis peccatis etiàm venialibus iuxtà notata in *citatis Animaduerſionibus pag.5. num.8.*. Non ſolùm quia, quamquàm Poſtulatores in dd. eorum elaboratis *Reſponſionibus pag.35.* & ſeqq. ad plenè vindicandos eoſdem Teſtes à quacumque nota exagerationis, hoc eorum dictum accipi velint cum optima diſtinctione de *venialibus* videlicet *deliberatis*, de hac ipſa diſtinctione non ſatìs clarè conſtat in Summario, in quo potiùs Teſtis CXLIV. *pag.164.* §.12. abſolutè aſſerere videtur, quod Serua Dei = *non ſolamente conſeruò la grazia batteſimale, mà che fù vna delle Anime più pure, e nette dal peccato, che Sua Paternità abbia conoſciuto, nè letto in Vite de Santi in molti Secoli &c.* = Et ſimilitèr P. Martinez *eodem Summario par.165.* §.18. abſolutè affirmare videtur, quod = *tutto il tempo, che conuersò, e trattò con la detta Serua di Dio, mai la vedde commettere peccato mortale nè veniale &c. che ſebbene SuaPaternità la confeſsò alcune volte, non trouò materia, ſopra la quale doueſſe cadere l'aſſoluzione* = Sed etiam quia huic adeò exageratæ puritati conſcientiæ Seruæ Dei reſiſtit Dictum alterius Teſtis, qui fuit paritèr Confeſſarius Seruæ Dei, qui nedùm de venialibus etiàm deliberatis, abſolutè æquè àc ingenuè loqui videtur in *Summario pag.167.* §.26. vbi inquit, quod = *Confeſsò molte volte la Serua di Dio, & appena* [ quidèm, ſed tamèn ] *trouaua in lei colpa di conſiderazione, che daſſe materia di aſſoluzione* = Imò & plus aliquid addubitari etiàm fortè poſſit in Serua Dei ex ijs, quæ infrà dicentur, vbi de *releuantia*, & de *Obſtatiuis*.

12 Nèc minùs propterea eorumdem Teſtium fides adhùc laborare videbatur ex capite etiam contrarietatis in eorum dictis iuxtà *prætcritas Animaduerſiones pag. 6. & ſeqq.*, & ſignantèr in eo, quod reſpicit

actus

actus Pęnitentiæ à Serua Dei exercitos, ex quo Teſtis CXCI. *Proceſ. Apoſtol. fol.*2996., de quo in *Summario pag.*234. §.24., aſſerere non dubitat, quod = *Non oſtante l'Infermità, che patiua la detta Serua di Dio, che erano molto penoſe, sà la Teſtimonia, che lei ſi eſercitaua in far penitenze ſino à ſparger ſangue* = Cùm contrà liqueat ex concordi Dicto aliorum Teſtium, quod ob ſuperuentas Corporis Infirmitates, prorsùs incapax euaſerat ad pęnitentias à quibus proindè sè omninò abſtinere debuit, accedente etiam Medicorum conſilio, & ſuperiorum præcepto, vt ex Teſte CXCVI. dicto *Proceſ. Apoſtol. fol.*3063., & clariùs ex Teſte I. *Summario pag.*234. §.25. *&* 26. ibi = *La conobbe ſin da dodici anni, & in queſto tempo furono tante le ſue Infermità* (Seruæ Dei) *che per ordine delli Medici ceſſauano le penitenze, perche il ſoggetto era tanto debilitato, CHE ERA INCAPACE DI ESSE* = & conſonat Teſtis XVI. *eodem Summario pagin.*234. §.27. vbi etiàm tempus aſſignat huiuſmodi ceſſationis à Pęnitentijs inquiens, quod = *fù quando ſen'andò à ſtare à Santa Barbara* = diù videlicèt antè obitum, imò, & priuſquàm indueret Habitum Religioſum (cùm à trigeſimo ſcilicet ætatis anno ægrotare cæperit, proùt infrà, vbi de releuantia) & de hoc etiam tempore affirmat Teſtis LXVIII. *Summario pag.*235.§.34., quod = *conobbe la detta Serua di Dio . . . era impoſsibilitata di far penitenze, e così S. Signoria Reuerendiſsima già mai l'acconſentì* = & Teſtis CVII. *Summario pag.* 237. §.42. = *nella ſua maggiore età arriuò à ſtare la detta Serua di Dio TOTALMENTE IMPOSSIBILITATA per le ſue grandi Infermità, e così non ſi poteua occupare in ſimili eſercizii* (*di penitenze*) *poiche il ſopportare li mali, che patiua, era la maggior penitenza, che poteſſe fare.*

13 Licet autèm Poſtulatores *in ſuis Reſponſionibus pag.*66. *ad* 77. *num.*72. *ad* 104. id vnum conati fuerint, vt fidem videlicet adſtruerent vni Teſti CXCI. aſſerenti, quod Serua Dei = *Non oſtante l'infermità ſi eſercitaua in far penitenze fino a ſparger ſangue* = reliquis autem omnibus prædictis Teſtibus vel fidem abrogarent ſub eo colore, quod hi ex certa ſcientia loqui non videantur; vel eos cum alijs conciliare, exquo eorum Dicta optimè intelligenda ſint de aliquali ceſſatione ab abſtinentia potus, & cibi, ſcilicet carnis, & vini, quorum vſus Seruæ Dei à Medicis iniunctus fuerat; non verò de ceſſatione ab vſo Ciliciorum, aliorumque inſtrumentorum, quibus Serua Dei corpus ſuum macerabat. Hic tamen conatus quoad omnem ſui partem in irritum cedere videbatur. Et primò cum plures Teſtes concordes abſolutè aſſerant, quod Serua Dei poſt ſuperuentas Infirmitates = *era incapace &c. era totalmente impoſſibilitata di far penitenze* =, & ex contextu; vt plurimùm ineluctabilem ſcientiæ cauſam allegent, ſtatum videlicet infirmæ iuxta Medicorum, & ipſam morborum qualitatem, firmum in Iure eſt, quod iſtorum Dictum pręualere omninò debeat Dicto contrarij Teſtis, qui eſt vnicus, & ſingularis, & meliorem quàm alij ſcientiæ cauſam nequaquam allegat, vt ex *Textu in cap. Noſtra verſ. mandamus de Teſtib. ibique Gloſſa verb. Aduerſa, verſ. Si verò vnus Teſtis contradicit pluribus, & in cap. Licet cauſam verſ. ex promiſſis*, ibi = *Per Teſtes numero plures, quibus potius lux veritatis aſſiſtit* =, *Gabriel. de Teſtib. conclſ.*4. *num.*50. *lib.*1. *Farinacc. de Teſtib. quæſt.*65. *part.*3. *num.*107. *& ſeqq.*

14 Secundò autèm cùm ipſi Poſtulatores fateantur, quod coacta fuerit Ser-

ua

ua Dei poſt eidem ſuperuentas Infirmitates , quę ad exercitia pænitentiæ prorſus reddiderant incapacem , ceſſare ab abſtinentia cibi , & potus , & iuſſa à Medicis vti carnibus , & vino , neceſſe eſt credere , quod & multò magis abſtinere debuerit à geſtatione Cilicij , & vſu aliorum inſtrumentorum Pænitentiæ , vtpotè quod ipſæ Infirmitates , quæ adeò Corpus ſuum extenuatum , vireſque fractas reddiderant , vt Teſti LXVIII. *Summario pag.*235. §.34. videretur = *Che la detta Serua di Dio viueſſe per Miracolo ſecondo le grandi Infermità* = eam quoque incapacem reddere debuiſſent ad ſe exercendam in huiuſmodi auſterioribus pænitentijs ; Et reuera quidquid in hac re aſſerere videantur nonnulli Teſtes , quorum Dicta conciliare conati ſunt Poſtulatores in citatis eorum Reſponſionibus , Teſtis CVII. alter ex Confeſſarijs Seruæ Dei apertè fatetur , quod ob ſuperuentas Infirmitates incapax fuit Serua Dei corpus ſuum affligendi Cilicijs , alijſque rigidioribus exercitijs , prout fecerat in ſua Iuuentute , & ante contractas Infirmitates , vt ex contextu totius depoſitionis *Summario pag.*237. §.42. ibi = *Che come Confeſſore , che fù di queſta Serua di Dio , li communicò la ſopradetta le ſue gran penitenze , che ſi aueua eſercitato nella ſua giouentù , cioè Cilicij , diſcipline , & altri eſercizj penoſi , e nella ſua maggior età arriuò à ſtare la detta Serua di Dio totalmente impoſſibilitata per le ſue grand'Infermità , e così non ſi poteua occupare IN SIMILI ESERCIZII , poiche il ſopportare il male , che patiua era la maggior penitenza , che poteſſe fare* = Ideoque ex his vel ſemper magis patens , & inextricabilis fit prædictorum Teſtium contradictio circa pænitentias Seruæ Dei ; Vel magis inſubſiſtens dignoſcitur conciliatio , quam in eorum Dictis inducere vellent Poſtulatores , quod ſcilicet intelligendi ſint de ceſſatione ab ijs Pænitentijs exercitis per abſtinentiam ab eſu carnis , & potu vini , non verò per geſtationem Ciliciorum , per vſum flagellorum , aliorumque ſimilium auſteriorum pænitentiæ Inſtrumentorum , cum de ceſſatione etiam ab iſtis expreſsè deponere videatur mox allegatus Teſtis , cui vtpotè magis veriſimilia deponenti , omninò ſtandum eſt ad *Text. in leg. Ob Carmen* §. *vltim. ff. de Teſtib. Rota coram Mantic. dec.*215. *num.*4., & 5., & *coram Celſo dec.*215. *num.*6. Hæ autem , prout & reliquæ ſupradictæ circà probationes difficultates, non adhuc ſatis depulſæ, quanti momenti ſint in hac Cauſa patebit ex mox dicendis , vbi de releuantia agemus .

# INSPECTIO TERTIA.

## De Releuantia.

15 VAlde adhuc dubium erat apud aliquos ex Reuerendiſſimis Conſultoribus , an ea , quæ in Informatione huius Cauſæ , & rursùs in accuratiſſimis Reſponſionibus allata fuerant , ſatis omninò eſſe dicenda ſint ad conſtituendum in Serua Dei heroicitatis gradum ad effectum, de quo agitur, indiſpenſabiliter requiſitum . Etſi enim in Serua Dei inficiari nequeat admodum deuotus Vitæ tenor , aſſidua oratio , iugis Eccleſiæ , & Sacramenti frequentia , mortificatio ſenſuum , morborum tolerantia , aliaque huiuſmodi ; Hæc tamen ad heroicitatis culmen

culmen non poſſe pertingere videbantur., cum virtus heroica non in facili verſari debeat, ſed in arduo, & extraordinario, iuxtà notiſſimam doctrinam *Diui Thomæ lib.7. & hic. cap.1.*, vbi ſtatuit, virtutem heroicam tum dici = *cum rationalis pars in Homine perficitur, & formatur vltrà communem modum humanæ perfectionis, quaſi ad ſimilitudinem ſubſtantiarum ſeparatarum; & nominatur Virtus Diuina ſuprà humanam Virtutem, & communem* = quam doctrinam communitèr amplectuntur Sancti Patres, Theologi, ac Doctores cum *Diuo Bonauentura in 3. Sentent. diſtinct.34. quæſt.* 1. vt videre eſt apud *Scacch. de not. & ſign. ſanctit. ſect.2. cap.4.*, *Matta de Canoniz. Sanctor. part.4. cap.6.*, & apud alios paſſim.

16 Idque multò magis, ſi attendatur conditio, & qualitas Perſonæ: Conſtat enim in caſu noſtro, Seruam Dei humilis fuiſſe conditionis, & pauperis, & iàm indè à viridi ætate varijs morbis affectam, vt ex Cardinali Tretio *Summario pag.51. in princip.* vbi referens cauſas, quare in aliquo Monaſterio regularem Profeſſionem non emiſerit = *Vna fù*, inquit, *la ſua pouertà, perche non ebbe Dote: l'altra fù eſſer ſtroppiata dalle mani, con il che ſtaua inutile per li lauori, e ſeruizij, che fanno le Monache* = & de eiſdem morbis dicitur *pag.217., 220., & 222.* = *attratta delli Piedi, e mani* = & *pag.229. §.31., & pag.235. §.34.* = *era crepata, & aueua di continuo il ceſſo fuori vſcito* = & *pag.35. §.32.* = *patì &c. grandiſſimi dolori di Teſta* = & *eadem pag. §.33.* = *Aueua la gola per di dentro molto abbrugiata, & impiagata con molti altri dolori* = In hoc autem rerum ſtatu non videbatur omnino arduum, ſi mulier omnibus fermæ naturæ, & fortunæ dotibus deſtituta, & ità Corpore male affecta, vt domeſticis etiàm exercitijs nedum mundanis pompis, & deſiderijs eſſet inutilis, paulò diligentiùs sè addixerit Orationi, Eccleſię, & Sacramentorum frequentiæ, & ſui ipſius mortificationi, atque ità tandem circa ætatis annum quinquageſimum, religioſum habitum ſibi domi ſuperinduerit, prout ſanè magis arduum, & admirandum fuiſſet, ſi hæc omnia feciſſet Mulier omnibus naturæ, & fortunæ dotibus abundè cumulata. Scitum quippè eſt, quod in iudicandis gradibus heroicitatis Virtutum in concreto attendendus eſt ſtatus, & conditio eorum, de quorum Cauſa tractatur; Nàm quod in vno eſt heroicum, poteſt in alio propter extrinſecam circumſtantiam heroicum non eſſe, vt monet *Matthæucc. in pract. theolog. Canon. tit.2. cap.1. §.2. num.38. & 39.* quod comprobat. pluribus adductis exemplis Sacræ Scripturæ.

17 Maximè etiam ponderando; quod etſi dubium non ſit, quin Serua Dei valdè commendetur à Teſtibus datis in *Summario* de pluribus bonis Operibus ab ea alacriter exercitis; & certum aliundè ſit, quod non omnes Sancti omnem perfectiſſimæ Virtutis apicem contingere debeant, aut in omnibus ſupereminere; cùm ſcriptum ſit (*Epiſtol.1. ad Corinth. cap.7.*) = *Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic* = & (*ad Epheſ. cap.4.*) *Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram Donationis Chriſti &c.* = attamen æque certum eſt, quod ad effectum, de quo nunc agitur, non ſufficit quæuis Chriſtianæ Vitæ perfectio, ſeù excellentia, ſed multiplex requiritur. Vnde *in cap. Miramur diſtint.61.* dicitur = *pręmium celſioris loci deberi prò laboribus multis, prò moribus caſtis, prò actibus ſtrenuis* = *vbi non ſingularis, ſed pluralis locutio exprimitur* = ſubdit

*Matthæucc. in pract. Theolog. Can. tit.2. cap.1. §.2. num.34.* ideoque vt idem ait = *Quamuis opus non ſit, vt ( qui canonizari petitur ) omnibus moralibus, tutiùs tamen eſt, vt in pluribus iuxtà conditionem ſui ſtatus, heroicus fuerit* = & optimè præſignauit etiam *S. Hieronym. lib.1. Dialog. contra Pelag.*, vbi ait, quod = *neceſſe eſt, vt ſinguli excedant in quibuſdam* = & quidem cum perſeuerantia vſque in finem prout expreſsè cauetur *in cap.1. de reliq. & venerat. Sanct.*, & ibi Gloſs. vbi dicitur. quod = *non debet eſſe vna tantum excellentia Vitæ; imo oportet eſſe multas, & continuas.*

18 Hinc non de facili aſſignabilis videbatur in caſu noſtro aliqua Virtus, quæ per indiuiduos actus plenè, & adequatè probatos per Teſtes conteſtes de viſu, verè dici poſſet ſuperexcelluiſſe in Serua Dei, itaùt veluti characteriſtica ipſius propria proponi fidelibus mereatur ad admirandum non minùs quàm imitandum. Et licet aliqui ex DD. Conſultoribus non defuerint, qui putarent huic defectui fortaſſe ſuppleri poſſe ex capite iugis perſeuerantiæ Seruæ Dei in eodem Chriſtianæ Vitæ tenore vſque ad obitum; itaut is ipſe Virtutis tenor ſemper æqualis, & ſibi conſtans haberi pro heroico mereretur. Contrà tamen fuit illicò animaduerſum, quod præſcindendo etiam ab inſpectione, an huiuſmodi opinio locum habere poſſet in hac materia tanti momenti; punctum eſt, quod de hoc ipſo aſſerto æquali Vitæ tenore, eiuſque conſtanti perſeuerantia vſque ad obitum, hactenùs non ſatis conſtat.

19 Teſtes ſiquidem in Summario exhibiti, vltrà quod fermè in omnibus genericè tantùm loquuntur, & ad particulares actus non deſcendunt, vt ex ipſo Cathalogo à Poſtulatoribus dato in *Reſponſionibus pag.4. ad 28.*; in quo vt plurimùm *Species* quidem, ſeù *genera ſubalterna* Virtutum, vt vocant, non autem *actus* niſi admodum rari recenſentur; Præatereà circumſtantias, & ſignanter *tempora* nequaquam diſtinguunt, & præſertim in eo, quod reſpicit ad primos *quadraginta nouem annos* Vitæ Seruæ Dei; cuius longiſſimi tempori res geſtas omninò confundunt, & pauciſſimis verbis sè expediunt, vt videre eſt ex *Summario num.4. à pag.20. vſque ad 32.*, vbi de prædicto tempore Teſtes per paucas paginas loquuntur, & nihil vltrà, & quod notabilius eſt idem defectus recurrit in *Hiſtorica Relatione Vitæ Seruæ Dei* partim ab ipſa, partim *à P. Ioanne Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento* conſcripta, & compulſata *in Proceſſu Apoſtolic. fol.567. vſque ad 604.*, quæ per me in ipſo originali Proceſſu inſpecta, & recognita, tota verſatur in recenſendis Viſionibus, alijſque aſſertis ſupernaturalibus gratijs, & fauoribus; & nihil, aut parum refert de actionibus Seruæ Dei, & omnia demùm abſque vllo temporis ordine recenſentur, itaut proindè neque ex Teſtibus, neque ex Hiſtoricis vllam certam habeamus ſynopſim Vitæ Seruæ Dei, ac per conſequens nedum Cauſæ vtile, ſed & neceſſarium quodammodo eſſe videatur, vt Poſtulatores ordine rerum à Serua Dei geſtarum inhærendo, earum ſeriem Chronologicam cum ſuis probationibus pertexant; ex qua diligentia accuratè peracta, poterunt ictu oculi DD. ſuffragantes animaduertere qui tenor fuerit Vitæ Seruæ Dei & cuius momenti ea ſint, in quibus ſeſe ſingulis ætatibus, & in quolibet Vitæ ſtatu exercuit vſque ad obitum, an videlicet pertingere valeant ad gradum heroicitatis, quæ neceſſaria eſt, & quæ idcirco apud pleroſque ex DD. Conſultoribus adhuc dubia videbatur.

20 Maximè quod ſi nonnulla, quæ ſparſim in Summario, & Proceſſibus ad debitum chronologicum ordinem redigantur, nedum ad Poſtulatorum intentum non ſuffragantur, quin potius præbere anſam videntur aduersùs Virtutes Seruæ Dei, ſi non veluti *obſtatiua*, certè ſaltem vt *minuentia releuantiam*, & aſſertum totius vitæ heroicæ fulgorem non minima ex parte obumbrantia. Quod attinet ſiquidem ad Seruæ Dei *adoleſcentiam*; ipſamet de hoc tempore ſcriptum reliquit in *ſupradicta Vitæ relatione Proceſſ. fol.568.* = *ebbi le mie capate, e li miei ſonnicelli in ordine all'ornamento, e compoſizione, che ſogliono alcune Zitelle per parer belle* = quod = *per capate, e ſonnicelli* = intelligeret Serua Dei *prauas* Mundi, Carnis, ac Dæmonis *perſuaſiones*, fatentur Poſtulatores ipſi *in Reſponſ. pag.86. num.5.*, & quamuis eadem ſubdat = *Mà ſempre mi diede Noſtro Signore che mi miraſſi nello ſpecchio della Caſtità* = hinc arguere quidem fas eſt, Seruam Dei Caſtitatis limites non exceſſiſſe, non autem quod immunis fuerit à reliquis vanitatibus, quæ ſalua caſtitate, mentem nihilominus mundanis cogitationibus diſtrahunt, ac diſſipant; vndè ipſamet fatetur *in Proceſſ. fol.569.*, quod = *aueuo volontà di maritarmi* = cum quibus cogitationibus ſtare poſſe non videtur Virtus in gradu heroico; cuius proprium eſt dicere poſſe cum *Apoſtolo in Epiſtol. ad Galatas cap. 2. verſ.20.* = *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus* = Idque longè etiam minus ſi attendatur ad ea, quæ habet Cardinalis Treſſius *Summario pag.50. §.23.* vbi narrat, quod = *ſtando io vna ſera parlando con lei* ( Serua Dei ) *mi diſſe, che eſſendo di tredici, ò quattordici anni li ſuoi Padri trattauano di maritarla; e che il Demonio cominciò con queſto à inquietarla di ſorte, che quando vedeua Vomini, li proponeua ſe quello, ò quell'altro ſaria ſtato buono per eſſer ſuo Marito &c.* = Et hoc tempore ( vt ipſa de ſe ait *Proceſ. fol.569. terg.* ) *Tutto l'Inferno inſieme par, che ſi congiurò contro di mè affligendomi con tentazioni . . tanto di ſentimenti, come di rappreſentazioni cattiue, e brutte &c.* = Vndè, vt optimè ad rem noſtram Poſtulatores ſubdunt *in ſuis Reſponſionibus pag.104. num.25.* Serua Dei = *paucis hiſce verbis, vt in eiuſmodi rebus modeſtiæ cauſa fert opportunitas, immaniſſimum bellum ſe paſſam oſtendit* = quamuis autem huiuſmodi bellum tandem ceſſaſſe dicatur; hoc tamen non accidit niſi poſt multos annos, poſtquàm videlicet Serua Dei capillos ſibi abſcidit, & nuptiarum curam feriò depoſuit, poſt vigeſimum ſecundum ætatis annum vt ex *Summario pag.199. num.28. §.3.* ibi = *Eſſendo quando queſto ſucceſſe, e ſi tagliò li Capelli di età . . . di ventidue anni . .*

21 Hinc porrò potius patet, quod huiuſmodi bellum nonniſi poſt ſeptennium, & eo amplius euanuit ab anno ſcilicet 13., vel 14. vſque ſaltem ad annum 22., & quod ponderandum eſt, per id tempus fortaſſe Serua Dei non fuerit à culpa immunis, huiuſmodi bello anſam præbendo; ob firmam, quam hactenus fouebat, nuptiarum cogitationem; de qua ipſamet fatetur *Proceſ. fol.569.* quod perſtitit = *finche vn giorno ſentendo vn Sermone . . . ebbi più efficace determinazione di non maritarmi, & eſſer Religioſa, perche ſino allora AVEVO VOLONTA' DI MARITARMI* = Imò quod hæc voluntas non eſſet indifferens, & dependens à paterna voluntate; ſed fixa ad arbitrium Serue Dei, & ergà alteram fortaſſe Perſonam directa, ex eo ſuaderi videtur, quod cum capillos ſibi abſcidit, Sponſus, cui Pater eam deſtinauerat, effe-

ctus eſt amens *Summario pag.30. §.54.* ibi = *Fù tanto il penſiero . che riceuè il Giouane &c. CHE PERSE IL GIVDIZIO, & allora ſi diſſe publicamente, come lei ſi era tagliata li Capelli, e che procuraua entrare nella Religione &c.* = Hæc autem cum longè abſint à culmine perfectionis; per conſequens nullam ſibi conſiderationem promereri poſſe videtur hęc prima Seruæ Dei ætas vſque ad annum circiter 22. relatè ad effectum, de quo nunc agitur; prò quo, abiectis mundanis cogitationibus, neceſſarium fuiſſet oſtendere in Serua Dei aſſiduum virtutis exercitium, & quidem in eo gradu, vt dici poſſet *reuera formatam fuiſſe vltrà communem modum humanæ perfectionis, quaſi ad ſimilitudinem ſubſtantiarum ſeparatarum &c.* prout ex *D. Thoma*, alijſque ſuprà firmatum eſt.

22 Imò è contrà addubitare datum fuit ex præmiſſis, an ipſamet Capillorum abſciſſio, quam veluti maximè heroicam inculcant Poſtulatores, reuera ex bona intentione proceſſerit, & ex motiuo Virtutis, an potius ex humano motiuo nè illi nubere cogeretur, cui amplius ipſa nolebat, vel ex alia ſimili cauſa, prout vſuuenire aliquando experientia compertum eſt; & hoc erat à Poſtulatoribus plenè probandum: accedente præſertim circumſtantia, quod ex hac ipſa inopinata Seruæ Dei reſiſtentia, & reſolutione, magna Domi turbatio ſubſecuta fuit, & ipſius Patris indignatio, prout ex *Summario pag.192. num.27. §.7.* vbi legitur, quod = *Per queſta cauſa ſuo Padre la riſerrò in vna ſtanza &c.* = *& pag.197. §.34.* = *Suo Padre l'aueua trattata male per queſto, & che l'aueuano meſſa in vna ſtanza a tetto, doue era molto caldo, e molti ſorci &c.* = Neque huiuſmodi domeſticę turbationes ceſſarunt, niſi poſt plures annos; quas licet patienter tuliſſe dicatur Serua Dei, nondum tamen plenè conſtare videbatur, quod ipſa nullam ipſis anſam præbuerit; cum contra ſciamus, occaſione prædictarum nuptiarum ortas fuiſſe, & ex Capillorum abſciſſione, ad quam certò certius deuenit Serua Dei contrà Patris voluntatem, & ex motiuo, vt diximus, adhuc dubio.

23 Fortiùs etiam quia circà hoc idem tempus, vt videtur, Serua Dei, inſcio Genitore, aufugit à paterna Domo, prout ipſa de ſe fatetur *in Proceſſ. fol.570. & 571.* ibi = *Vedendo che . . non mi fauoriua il poco rimedio, che aueua di mettere in eſecuzione li deſiderij . . di eſſer Religioſa, auendo domandato conſiglio, mi partij vn giorno di Caſa de miei Padri per andarmene à vn Conuento di Religioſe, alcune Leghe lontano di doue io abitauo &c. & andai con animo di ſeruire in quel Conuento &c. mà al fine temei il pericolo, eſſendo andata alcune Leghe conſiderando, che al fine io ero Donna, e molto debile, e li pericoli, che ſono nel Mondo &c. ebbi per meglio, e più ſicuro tornarmene à Caſa de miei Padri &c.* = Hæc autem fuga etſi ſuſcepta aſſeratur ad bonum finem; Cum tamen de qualitate illam conſulentis nequaquam conſtet, & conſilium per ſe (vtpotè Puellæ periculoſum, pręſertim inſcijs Parentibus) non admodum prudens videatur; Et aliundè neque de ſpeciali Diuino impulſu conſtet, imò potiùs à Deo non proceſſiſſe ſuadeatur, ex quo de facto ab huiuſmodi conſilio omninò recedendum putauit = *conſiderando, che al fine io ero Donna, e molto debile, e li pericoli, che ſono nel Mondo &c. ebbi per meglio, e più ſicuro ritornarmene à Caſa de miei Padri* = Ex his omnibus nedum non conſtat, quod huiuſmodi fuga ex motiuo Virtutis proceſſerit, quin potius eamdem

dem ingerit amaritudinem; quod non ſecus, ac Capillorum abſciſſio, fortaſſe fuerit ex tedio, & ad euitandas domeſticas tribulationes eius cauſa excitatas; Quod certè inter Virtutes heroicas imputari non poſſet, quarum eſt hilari, ac conſtanti animo, aduerſis omnibus obuiam ire, & cum gaudio ſuſtinere, & Apoſtoli exemplo *in Epiſt. ad Corinth.2. cap.7.* dicere = *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra* = & cum *Pſalmiſta Pſal.26. Dominus Protector Vitæ meæ, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum mè Caſtra, non timebit cor meum: Si exurgat aduerſum mè prælium, in hoc ego ſperabo.*

24 Verum eſt quidem, quod tandem aliquando euanuerunt domeſticæ turbationes, ſaltem ex parte (etſi non penitus, vt infra) quodque Parentes liberum Seruæ Dei Virtutum exercitium, vt à Domeſticis curis omninò vacua Eccleſiam frequentaret, & prò libito viueret; & quod de facto hoc tempore Serua Dei aſſiduioribus chriſtianæ pietatis exercitijs sè addixerit. At hoc (prout ſupra etiam innuimus §.16.) accidit poſtquam ipſa in aduerſam valetudinem incidit, ſignanter ex capite attractionis, prout ex *Summario pag.27. §.39.*, vbi dicitur, quod *il più, che ottenne* (Serua Dei) *da ſuoi Padri fù il Gioucdì, e le Domeniche andare à communicarſi, e ſentire allora due, ò trè Meſſe. Mà dopo vn infermità grande di attrazzione; che ebbe, la laſciauanó andare da che ſi faceua giorno alla Chieſa, e ſtarſene quì tutta la mattina, & anco le ſera la maggior parte di eſſe alli Veſpri, e Compicte &c.* = De præciſo tempore huiuſmodi attractionis nondum mihi planè liquet; certum eſt tamen in viridi adhuc ætate ſuperueniſſe, cum cauſam præbuerit nè ad Habitum Religioſum Serua Dei in Monaſterio reciperetur, prout notat Card. Treſſius *Summario pag.51. in princip:* inquiens = *Che queſta Serua di Dio ebbe due cauſe eſteriori per non eſſer Monaca; vna fù la ſua pouertà, perche non ebbe Dote: l'altra fù l'eſſer ſtroppiata dalle mani &c. con il che ſtaua inutile per li lauori, e ſeruizij, che ſanno le Monache, e così non la volſero riceuere nel ſuo Monaſtero &c.* = Et aliundè certum videtur, quod iam erat Serua Dei præcedenter atracta, cum in ætate annorum 33. ſuperuenerunt alij morbi, ſignanter ille, quo = *aueua la gola per di dentro molto abbrugiata, con molti dolori &c.* vt ex *Reſponſionibus Poſtulatorum pag.130. num.8.* iuncta *pag.198. num.51. & 52.*, & ſucceſſiuè alij etiam morbi, quos ſuprà indicauimus §.16.

25 Ex huiuſmodi autem morbis in tam viridi ætate ingruentibus, fatendum eſt quidem auctam eſſe occaſionem Seruæ Dei exercendæ patientiæ; at ſimul è contra longè imminutum fuiſſe aliarum heroicarum Virtutum exercitium; ex quo illa, quæ tamquam ſpecialia à Poſtulatoribus extolluntur, vel attenta qualitate, & ſtatu Perſonæ admirationem non habent; vel aliàs non pertinent ad hoc tempus; prout liquet ex ſuperiùs dictis; & ſignanter Vitæ auſteritates, & Pænitentiæ Corporis afflictiuæ; quas iam ab ipſa viridi ætate ceſſare oportuit in Serua Dei iuxtà notata in Inſpectione ſecunda §.13., & 14 Ex quo poſt ſuperuentas Infirmitates = *era incapace &c. era talmente impoſſibilitata &c.* ad illas exercendas, vt Teſtes loquuntur loco citato, & confirmatur ex Teſte XXVII. *Proceſſ. Apoſtol.* relat. in *Reſponſ. pag.161. num.10.* vbi ex propria obſeruatione ait = *Che poſſono eſſer quindici anni, che . . la Teſtimonia . . . in compagnia della Signora Donna Luiſa Enri-*

quez

*quez ebbe biſogno di venire à vedere la detta Serua di Dio* ... *ſin al Conuento di Santa Barbara à vna Caſetta doue, abitaua la detta Serua di Dio contigua al medeſimo Conuento &c. la quale (Serua di Dio) trouorono nella ſua Camera coperta di ſtuore &c. D. Luiſa* ... *diſſe con voce molto baſſa alla Teſtimonia: Che ti pare, Amica, delle commodità con che viue queſta Serua di Dio &c. Guarda come queſta Serua di Dio ſtà con tanta commodità, che tiene coperta di ſtuore la ſua Camera, ed il ſuo Letto molto polito, e non con pochi panni, e la ſua Perſona molto bene auuiata; ed è certo, che non le mancaranno le coſe neceſſarie per il mangiare; e che io, che ſono quella, che ſono, molti giorni non hò il neceſſario per la mia Perſona &c.* = Cum examen huius Teſtis fuerit de anno 1626., & aſſerat = *che poſſono eſſer quindici anni* = ſequitur vt Serua Dei cum tot commoditatibus iam viueret vſque ab anno 1610. circitèr 45. & per quatriennium antequàm Habitum ſuſceperit Religioſum, vt proinde iam ante id tempus omnes Vitæ auſteritates ceſſaſſe videantur.

26 Quin iuuet, quod Serua Dei ad prædicta D. Aloyſiæ verba ſubiunxerit = *Io ſtò con tanti panni, ed hò queſta Celletta compoſta, perche ſono tanto miſerabile, che ſe non è con tutto queſto regalo non hò ſalute, e che il mio Padre di Confeſſione mi hà comandato, che ſtia di queſta maniera* = Et quod hæc audientes D. Aloyſia, & Teſtis = *rimaſero ambedue come ſpaſimate, e la detta D. Luiſa tanto bianca, e ſcolorita come vna carta, e molto plangendo* = Neque enim ideò ſuſpicari poſſumus dictam Aloyſiam non verùm dixiſſe (licet fortaſſe imprudenter) cum pro vero dictum approbauerit ipſamet Serua Dei de ſe inquiens = *Io ſtò con tanti panni, & hò queſta Celletta compoſta &c.* = Ex quo autèm id ipſum excuſauerit = *perche ſono tanto miſerabile, che ſe non è con tutto queſto regalo, non hò ſalute, e che il mio Padre di Confeſſione mi hà comandato, che ſtia di queſta maniera* = euinci quidèm hinc poteſt, quod huiuſmodi Vitæ commoditates Seruæ Dei nequeant vitio verti; non autèm quod proſint ad aſſertam virtutum heroicitatem de qua nùnc quæritur, & quam ab huiuſmodi commoditatibus imminui, nemò non videt. Et ſi enim Vitæ auſteritas, & Penitentiæ non ſint propriè Virtutes, ſed earum inſtrumenta, ex *Diu. Thoma ſecunda ſecundæ quæſt. 188. art. 7. in Corpor.*, non eſt tamèn quod illę non ſint etiam à perfectis aſſumendæ, & quod in ſua conſideratione habendę non veniant in his Cauſis iuxtà illud *Apoſtoli in Epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 9.* vbi ait = *Caſtigo Corpus meum, & in ſeruitutem redigo* = & *ad Galatas cap. 5.* = *Qui autem ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis* = & in terminis harum Cauſarum, poſt *Scacch. de not. & ſign. Sanct. ſect. 5. cap. 2.*, notat *Matthæuc. in pract. tit. 2. cap. 1. §. 9. num. 43. & ſeqq.*; preſertim verò, quia in caſu noſtro Serua Dei in prouectiori ętate ad illas tenebatur *ex vi regulæ*, prout infrà ſuo loco.

27 Intereà illud etiàm ex relatis verbis erat notandum, quod Serua Dei iàm de anno 1610. circitèr diſceſſerat, vt videtur, à Domo paterna, & ſola cum famula paruam Domum incolebat propè Conuentum S. Barbarę = *Sin al Conuento di S. Barbara, à vna Caſetta, doue abitaua la detta Serua di Dio contigua al medeſmo Conuento* = qua in re concordat Teſtis CXL. *Summario pag. 84. §. 11.*, vbi ait, quod = *potendo ſtarę* (Serua Dei) *in Caſa di ſuo Padre, la laſciò, e ſi venne ad abitare accanto*

*canto à S. Barbara &c.*, & paſsim alibi *in Summario*. Cum autèm neque certa cauſa reuera conſtet huiuſmodi ſeparationis Serue Dei à proprijs Parentibus, neque aliundè vlla appareat neceſſitas; imò neque prudens ratio, cur Puella adhùc in ſeculo viuens ſola cum famula ſeorsìm à proprijs Parentibus vitam agat; eadem, quam ſuprà innuimus, ſuſpicio vrgebat, quod domeſticę turbationes ad id fortaſſe impulerint; & quod proindè huiuſmodi turbationes non penitus ceſſauerint; quod nedùm heroicitatem tolleret, ſed & culpabilem redderet Seruam Dei, quaſi non tàm Parentum, quàm ſuo viuere mallet arbitrio; contra illud Chriſti Domini *apud Matth. cap.16.* = *Si quis vult poſt mè venire, abneget ſemet ipſum* = id eſt propriam volutatem, vt explicant Doctores; vndè *Apoſtolus in Epiſtol. ad Roman. cap.13. verſ.1. & ſeqq.* ajebat = *Omnis Anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas niſi à Deo &c., & qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit* =

28 Eaque ſuſpicio indè magìs augebatur, quod ſic in ſeculo viuens Serua Dei, quamuis internis, externiſque premeretur impulſibus ad Religioſum Inſtitutum profitendum, ad id tamèn induci nunquam potuit (niſi poſtquam tandèm prouecta iàm ętate vergere cępit in ſenectutem, vt iufrà) ſanè Teſtis CLXIII. *Summario pag.38. §.18.* affirmat, quod = *in molte occaſioni li fù domandato* (alla Serua di Dio) *per parte delli Padri tanto calzati, come ſcalzi dell'Ordine della Madonna della Mercede, che pigliaſſe l'Abito della detta Religione* = & ſubdit, quod = *mai ſi potè ottenere che lo faceſſe* = eo ſcilicèt obtentu = *riſpondeua alli Prelati, che erano quelli, che più nè faceuano iſtanza; Che Iddio non glel'aueua inſpirato* = & tamèn aliundè apparet, quod interna Diuina inſpiratio iam diù anteà per plures, pluresque annos non deerat. Nàm vt inquit eius Director, & Scriptor Vitę P. Ioannes Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento *Summario pag.34.* in princip. = *auerla ſanata la Madonna de Rimedii gl'anni paſſati, come ſi è de to, quando ſtaua attratta, e trouarſi allora molto chiamata, & obbligata à queſta Santa mutazione di Abito &c. mà con tutto queſto tardò molto tempo à determinarſi &c.* = Hęc P. Io: Baptiſta ſcribebat circa annum 1615., viua adhuc Serua Dei in ętate annorum circitèr quinquaginta; aſſerta verò ſanatio eiuſdem Serue Dei ab attractione contigiſſe videtur circà ętatis annum trigeſimum tertium, prout ex contextu eiuſdem Vitę *Proceſſ. fol.571. terg. & ſeqq., & ex aliis ſupra ponderatis*. Ex quibus ſequitur, quod cum ab eo tempore inſpiratio non defuerit, & quidem vehemens = *molto chiamata, & obbligata à queſta Santa mutatione di ABITO &c.* = attamèn Diuinę Inſpirationi reſtiterit, & quidèm per annos circitèr decem, & octo, vel viginti etiàm fortaſſe, & amplius.

29 Idque non ex ſpeciali aliquo motiuo Virtutis, ſed fortaſſe vt proprio arbitrio viueret, & omninò ſaltèm ob humanos reſpectus, prout non obſcurè innuit ipſa eius Socia Sor. Chatarina de Chriſto *Summario pagin.38. §.19.*, vbi ait = *Che ſempre conobbe nella detta Serua di Dio gran ripugnanza in pigliar l'Abito della Recollezione della Madonna della Mercede &c.* = prò ratione ſubdens, quod = *Era tanto nemica, che la notaſſero nel ſuo Abito, che per queſta cauſa non voleua metterſi Abito di Religioſa, ſtandoſene nel ſecolo* [& quod grauius eſt] *nè conſigliaua alcuno, che lo faceſſe &c. ſtando queſta Serua di Dio in queſta* opi-

*opinione ſua , & oſſeruanza di quello , che haueua cominciato* = quod ſanè idem videtur , àc dicere quod ei animus non ſuppetebat ſuperandi humanos reſpectus , & mundana dicteria ; & quod per conſequens in ætate quinquagenaria non adhùc ad eum communis perfectionis gradum perueniſſet , ad quem cæteroquìn eorum communis pietas pertingere ſolet ; paſsìm quotquot Religioſum aliquem Inſtitutum profitentur , iuxtà monitum Chriſti Domini *apud Ioann. cap.15. verſ.18. & ſeq.* = *Si Mundus vos odit , ſcitote quia mè priorem vobìs odio habuit ; Si de Mundo fuiſſetis , Mundus quod ſuum erat , diligeret ; quia verò de Mundo non eſtis , ſed ego elegi vos de Mundo , propterea odit vos Mundus &c.*

30 Et hoc vnum , quod ex hactenùs chronologicè deductis ſatis ſuaderi videtur , quod ſi ſeorsìm Vita Seruæ Dei per ſeriem ętatum , àc temporum ( prout fieri debet ) inſpiciatur , illa iàm à prima ætate mundanis affectionibus non caruerit , & quamdam etiàm proprij arbitrij inconſtantiam præſetulerit , tùm reſiſtendo Paternæ voluntati , tùm inſcijs iiſdem Genitoribus , fugam à Paterna Domo arripiendo , deindè vſque ad annos circitèr quinquaginta in ſeculo vixerit ex proprio arbitrio , & ſola cum famula ſeorsìm à Parentibus vitam agens , eo quod ſibi , tùm illis , vt videtur non benè conueniebat ; afflictationes ſimilitèr Corporis exercens , & proprio captu , & abſque debita diſcretione , vndè Teſtes deriuatas aſſerunt tot Infirmitates , quibus ipſa affligebatur ; àc demùm ſic vixerit nedùm in Habitu ſeculari , & nullis adſtricta Votis alicuius Religioſi Inſtituti , ſed potiùs auerſum ſemper animum gerens à ſacris eiuſmodi nexibus , non obſtante interna,& vehementi tot annorum vocatione , cui tamèn reſiſtere adhùc pergebat ob humanos reſpectus , & alios etiàm reſiſtere docebat , prout ex *Summario pag.38. §.19. pag.39. §.21. , & alibi* , quæ ſanè aſſertis Virtutibus obſtare videntur , vel ſaltèm ità earum heroicitatem , & releuantiam minuere , vt niſi contrarium per Poſtulatores chronologico ordine plenè , & adæquate euincatur , nullum fortaſſe in hac maiori Vitæ parte SeruæDei conſtitui valeat fundamentum ad effectum,de quo nùnc agitur , prò quo , vt ſuprà firmauimus nedùm erat neceſſaria virtus heroica = *prò laboribus multis , prò moribus caſtis , prò actibus ſtrenuis* , ex *Cap. Miramur diſt.61.* , ſed & inſuper perſeuerantia in excellenti , & conſtanti Vitæ tenore iuxta *Cap.1. de Reliq. & venerat. Sanct. , ibique Gloſſ.* , vbi de huiuſmodi Vitæ excellentijs dicitur , quod = *oportet eſſe multas , & continuas* =

31 Accedit autèm in caſu noſtro , quod ex ipſiſmet Teſtibus in Summario exhibitis quodammodò apparet , nè apud ipſos quidèm in conſideratione admodùm habitas fuiſſe Virtutes Seruæ Dei donec vixit in ſtatu ſeculari ; Nàm hoc tempore , vt inquit Card Treſſius *Summario pag.49 §.17.* = *Era allora queſta Ven. Donna poco conoſciuta* = Imò & vbi de facto in ætate annorum 49. Religioſum Inſtitutum amplecti deniquè ſtatuiſſe , aliam in ea heroicitatem TESTES non exprimunt , niſi = *auer viſto ſempre in Lei eſſer Zitella di gran virtù , e oneſtà , e buon eſempio , & inſieme eſſer voſtra vicina , e benefattora di tanti anni &c. Summario pag.33. num.5. §.1. in fin.* , quæ ſimùl rationes fuerunt , ob quam PP. Mercenarij ſe motos fuiſſe aſſerunt ad illam intèr Tertiarias recipiendam . Cumque propterea ipſimet Teſtes Correligioſi , & examinati ad finem releuandi Virtutes Seruæ Dei , & quidem in gradu heroico

roico

roico, & ad effectum Canonizationis, aliud tamen poſt tot Vitæ annos proferre nequeunt, niſi quod eſſet *Zitella di gran virtù, & oneſtà, e bon eſempio &c.* omni Iure per conſequens timendum venit, quod in tota hac ætate quinquagenaria Seruæ Dei non effulgeat ea Vitæ heroicitas, quæ ad effectum Beatificationis, & Canonizationis eſt neceſſaria; ad tradita per *Caſtellinum de certitud glor. Sanctor. in appendic. ad cap. 4. Matta de Canonizat. Sanct. part. 4. cap. 6. Lezzan. in Summ. to. 3. tract. 4. diſput. 4. quæſt. 11., alioſque ſupra relatos cum Matthæuc. in pract. Theolog. Canon. tit. 2. cap. 1. & tit. 3. cap. 5. num. 1. & ſeqq.*

32 Porrò autèm gradum faciendo ad reliquam Vitæ partem Seruæ Dei ab anno ſcilicèt 1614., quo tandèm Religioſum Inſtitutum in ætate annorum 49. amplexa eſt, vſque ad annum 1624., quo obijt annum agens 59.. Vltrà quod dubium erat àn adeò breue temporis ſpatium ſatis eſſet ad effectum Beatificationis; prò quo longum tempus neceſſarium eſt heroicè peractum, itaut verè dici poſſit = *Vita glorioſa* = juxtà *capit. 1. de Reliq. & venerat. Sanct. ibique Gloſſ.*, *& Doctores*, & maximè in ijs Dei Seruis, qui maiorem Vitæ partem, prout noſtra Serua Dei, in Seculo traduxerunt. Prætereà magis etiàm addubitabatur, àn hoc ipſum reliquum Vitæ ſpatium Seruę Dei poſt ſuſceptum Habitum Religioſum, dici verè poſſet heroicè peractum in gradu neceſſario.

33 Quamuis enìm nemo ignoret, quod tranſitus à ſtatu Sæculari ad Regularem Vitam profitendam perfectiorem gradum Chriſtianæ Virtutis importet, ſuſpicari tamèn licet, àn id vſque ad gradum heroicitatis pertingere poſſit, ſignantèr in Serua Dei; ex quo per totam Vitam auerſum ſemper animum geſſiſſe videtur à Religione, & per viginti circitèr annos huic Diuinę vocationi, & quidèm vehementi reſtitiſſe (prout ſuprà eſt demonſtratum) neque illi denique ceſſiſſe, niſi quodammodò cęlitus coacta, vt colligitur ab ipſo eius Directore *Summario pag. 34. in princ.* vbi poſtquam dixit, quod licet iamdiù Serua Dei eſſet = *molto chiamata, & obbligata à queſta Santa mutazione d'Abito &c.* = & quod = *con tutto queſto tardò molto tempo in determinarſi* = mox ſtatìm ſubdit = *ſinche vn giorno Feſta del Bambino perduto nella noſtra Chieſa di S. Barbara di Madrid* (ſtando Serua Dei) *in molto profonda, ed interiore Orazione &c. ſi trouò queſt'Anima tanto chiamata, regalata, e conuitata dalla Madonna à queſto Santo Abito, che ritornando ella in sè . . . chiamò la ſua Compagna, e la mandò per il Panno &c.* = & conſonant paſsìm alij Teſtes eodem *Summario numer. 5. pag. 35. & ſeqq.*, aſſerentes de quadam Cęleſti apparitione, quę tandèm illicò ad ſumptionem Habitus impulit Seruam Dei. Vndè de facto, cum hac de re Epiſtolam ſcriberet ad P. Generalem, ab eo ad Habitum admitti poſtulans, neceſſe ſimul habuit veniam petere de tot annorum mora, quibus Habitum ſumere detrectauerat = *Fù d'accordo . . . ſcriuere al noſtro P. Generale, e darli parte di queſta ſua determinazione, e che perdonaſſe la tardanza, che aueua fatta in pigliar queſt Abito &c.* = ex quibus minui neceſſe eſt meritum religioſę profeſſionis = *Hilarem enìm Datorem diligit Deus* = vt inquit *Apoſtolus Epiſtol. 2. ad Corinth. cap. 9. verſ. 7.*, & vt vulgatum eſt = *qui citò dat, bis dat* = contrà verò vt inquit *Seneca de benefic. lib. 2. cap. 2.* = *Sero dedit, qui roganti dedit &c. Illud beneficium iucundum, victurumque in animo ſcias, quod obuiam venit &c., qui tàm paratè fecit, non eſt dubium quìn libentèr faciat* = in quo ſtat heroicitas.

34 Deindè cùm exploratum ſit ex ſuperiùs dictis, quod Serua dei ante plures annos ad eum ſtatum malę affectæ valetudinis deuenerat, vt eſſet prorsùs = *incapace &c.*, *e totalmente impoſſibilitata* = ad Vitæ auſteritates exercendas, neque omninò tolerare vitam poſſet abſque ſociæ famulatu, & alijs pluribus commoditatibus in cibo, potu, veſtitu, lecto molliori :: *di Cordicelle, e funi &c. molto polito &c,* = Cellæ ſuppellectili = *coperta di ſtuore, e non con pochi panni &c,* [ nam vt ipſamet aiebat = *ſe non è con tutto queſto regalo, non hò ſalute &c.* & vltrò admittunt Poſtulatores in ſuis *Reſponſionibus pagin.* 160. *&* 161. *&c.* ] ex his profectò non apparet quid heroicitatis expectari poſſit à ſuſcepto tandem Habitu Religioſo, & quidem in Inſtituto, cuius auſteritatem nè communiter quidem adimplere licebat, nedum in abſolutiſſima eius obſeruantia *heroicè* ſe gerere. Vndè multò magis mirum erat, quod Serua Dei bis Profeſſionem emiſſiſſe legatur, & mitiori Inſtituto Mercenariorum, vulgo *Calzati* non contenta, tranſitum mox fecerit ad arctiorem reformationem, vulgò de *Scalzi*, ſeu *Recolletti* multò ſane auſteriorem, & rigidiorem, ad quam etiam Reformationem, ſeù eius ſeparationem à reliquo ordine operam nauaſſe colligitur, ex citato *Summario num.* 5. *pag.* 34. *& ſeqq.* quæ omnia neque à Teſtibus, neque adhuc à Poſtulatoribus ſatis ſunt explicata, prout oportet, adhoc vt liquidò appareat quanam ratione in ijs ſe geſſerit Serua Dei, & quo impulſu ad arctiùs Inſtitutum gradum fecerit, eiuſque adimplemento ſatisfecerit, cum nè prioris quidem Inſtituti longe mitioris oneribus, & auſteritatibus ſuſtinendis par eſſet. Vndè de facto cum primum ad illud applicuiſſet animum, illicò diſpenſari ſibi etiam in veſtitu voluit, vt ex *Summario pag.* 34. §. 2., vbi eius Director narrat, quod ſtatim Serua Dei = *chiamò la ſua Compagna, e la mandò per il Panno &c.* = & quia = *non era tanto buono il Panno, come lei aueria voluto* = Scripſit ad P. Generalem = *che gli mandaſſe à dire di che panno, e ſtamigna li parcua, che foſſe à propoſito, perche lei non aueua ſalute per il Sacco ſebbene lo deſideraua* = Itaque opus habuit P. Generalis reſcribere = *animandola à così ſanta impreſa, e che l'Abito foſſe di vna ſtamigna aſpra di Segouia, e che lui gle lo verria à dare &c.*

35 Quin juuet reſponſio forſitan danda, nimirum, non deeſſe Teſtes in *Summario loc. cit.*, qui aſſerant Seruam Dei obſeruantiſſimam fuiſſe proprij Inſtituti; Nam cum huiuſmodi Teſtes *genericè* tantùm loquantur, inepti omnino ſunt ad concludenter euincendam Votorum, àc Regularum omnimodam obſeruantiam *in ſpecie*, quæ erat in caſu neceſſaria. Certum eſt enim, quod vbi verſamur in terminis Seruorum Dei, qui Religioſum aliquod Inſtitutum, dùm viuerent, ſunt profeſſi, illud in primis diligentiſſimè eſt inquirendum, àn in ſpecie proprium Inſtitutum impleuerint, & quidem in gradu heroico, vt poſt *Scacch. de not., & ſign. Sanct. Sect.* 6. *cap.* 4. optimè aduertit *Matthæucc. in pract. tit.* 2. *cap.* 1. §. 2. *num.* 39. ibi = *In iudicandis gradibus heroicitatis Virtutum Seruorum Dei in concreto, prout eſt praxis Sacræ Congregationis, attendendus eſt ſtatus, & conditio eorum, de quorum Cauſa tractatur* = & infra §. 3. *num.* 63. = *Ad deducendam heroicitatem Virtutum in Religioſo aliquo Seruo Dei, neceſſe eſt, vt* ( non in genere, ſed in ſpecie ) *Inſtituti Regularis obſeruantiſſimus probetur* =

36 Vt autem maiori cum fructu valeant Poſtulatores in hac parte maximi momen-

momenti ; ſatisfacere non abſre fuerit aduertere , quod etſi , reformatio Excalceatorum nonniſi poſt ſeparationem à Calceatis fuſiores regulas acceperit , attamen diù etiam , antequam Serua Dei ad Religioſam tranſierit Profeſſionem , editæ habebantur Regulæ tam pro PP. Mercenarijs Calceatis , quarum mihi extat exemplar , Typis editnm *Salamanticæ* de anno 1588. *in* 4. , quam etiam aliæ pro Excalceatorum Reformatione , quarum ſimiliter exemplar extat Hiſpanico Idiomata impreſſum = *En Madrid , en Caſa de P. Madrigal . anno* 1603. in paruo Libello in octauo ſub hoc Titulo = *Conſtitutiones de los Religioſos dela Reeollecion dela Orden de nueſtra Senora de la Mercede Redemption de Captiuos : Ordenadas por el R. P. M. Fr. Alonſo de Monroy General del dicho Orden. &c.* = Et in hoc Libello ( præter alia , quæ communia ſunt toti Ordini ) legitur *cap.*4. *fol.*9. , quod = *deuenieramos empender grandes aſperezas , y extraordinarias mortificationes &c.* , = *& eodem fol.*9. *terg.* = *Por la dos mayores , mas preciſas . . . . . neceſſitades de la comida , y veſtido &c. inambas hablando en commun , & bien contentarnos, con lo que baſte para viuer &c. en lo vno , y en lo obro . . . amemos ſolo lo que el cuerpo no pudiere excurar . . . . ſin aprouecharſe de la diſpenſacion &c.* = & infrà *cap.*5. *fol.*12. circa Cellæ ornatum , aut ſupellectilem , præcipitur , quod = *el adorno de la Celda , no à de ſer ſi nò vna Cruz . . . . . vna calauera , y diſciplina &c.* = Et circa paupertatem = *Mandamo , que ninguno tenga* ( ne quidem ] *papel ſi no rubicado por el Perlado &c.* = & infrà *fol.*17. *terg.* in omnibus = *tengan por Regla la neceſſitad y nò el deſſeo , ni ſuperfluidad &c.* = adeout = *para ſi en particular nò puedan pedir , ni recebir coſa alguna , pues en nada han da tener coſa propria &c.* = & infra *fol.*18. *terg.* quoad commercium cum Secularibus = *Se contenterà el Cuerpo de habetar en Caſa , que parezea Sepultura ; non tan ſolamente no ſaliendo de la ſi nò à caſos que pida el ſpiritu muy preciſos, ò alo que el Superior mandare pero aunno dandos lugar à que venga à ellos gente , que con los negocios pueda diſtraer , ni diuertir al Religioſo &c.*

37 His autem paucis , quę ex pluribus ſelegimus , erit ſeorſim pleniſſimè ſatisfaciendum , quia potiſſimum quoad prędicta capita non videtur admodum excellere potuiſſe Serua Dei ex ijs , quę paſſim in contrarium ſupra indicauimus , tùm quoad Corporis Infirmitates , tam quoad commoda in cibo , potu , refectu , & ſupellectili , tùm etiàm quoad liberum commercium Seruę Dei cum Secularibus , & frequentiſſimum ad illam iſtorum acceſſum , de quibus paſſim legitur in Summario ; adeoque non ſatis erit , vt de trium communium Votorum adimplemento doceatur ; Sed quod prętere a in ſingulis prędictis Capitibus heroicè ſe geſſerit ; & quod nedum inceſſerit excalceata , ſed & ſignanter etiàm , quod pro Captiuis redimendis ( quod eſt primarium Inſtituti intentum ) allaborauerit ; & pecuniarum ſummas à ſe collectas neque penès tertiam Perſonam ad proprium vſum retinuerit , ſed illas diſtribuerit ad præſcriptum Regulę , & ſeponendo partem in Captiuorum Redemptionem juxta fundamentale primitiui Ordinis Redemptionis Inſtitutum , de quo *Innocentius III. in ſua Conſtitutione edita de anno* 1198. , quę incipit = *Operante Diuinæ diſpoſitionis clementia &c.* = inquit = *Omnes res , vndecumque licitè veniant , in tres partes diuidant &c.* ( & iſtarum ) *Tertia . . . . reſeruetur ad Redemptionem Captiuorum* = Idque etiamſi pecunię particularibus Religioſis darentur ad

alium finem: ſubdit enim = *Cum vero pecunia data fuerit; vel aliquid aliud LICET SPECIALITER, ET PROPRIE DETVR AD ALIQVID, SEMPER de conſenſu illius, qui dederit, tertia pars ſeparetur; ET ALITER NON RECIPIATVR* = Vnde per conſequens opus eſt vt de ſpeciali huiuſmodi Regularum implemento, quas ex fundamentalibus Ordinis Redemptionis Inſtitutis deduximus, à Poſtulatoribus doceatur; vel ſecus ipſorum onus erit oſtendere ad quid in ſpecie teneretur Serua Dei tàm in vim primę, quam in vim ſecundę Profeſſionis ab ipſa emiſſę, & qua ratione ſingula Capita adimpleuerit, juxta *Matthæucci auctoritatem ſupra allegatam* §. 35.

38 Imò ſi ipſum etiam *obitum* Serui Dei inſpiciamus, adhùc poſt deducta à Poſtulatoribus *in Reſponſionibus pag.*240. *ad* 245., non videbatur in illis circumſtantijs, Serua Dei communem pietatem exceſſiſſe; cum nihil eorum pręceſſerit, quę felicem Seruorum Dei tranſitum illuſtrare maximè ſolent, veluti pręuiſio, & pręnunciatio ipſius mortis, & ſpecialiores quidam perfectiſſimę in Deum Charitatis, aliarumque Virtutum actus verè heroici, ex quibus facilè argui poteſt, & ſolet, an habitus, qui in Vita pręceſſerunt fuerint heroici; ac proinde Decreta Generalia fel. mem. Vrbani VIII. *pag.*53. §. *In Proceſſibus* = hùc potiſſimum reſpicere jubent, videlicet ad Vitę exitum, quoniam = *Si finis Vitæ illuſtris, & Sanctimonià plenus &c. argumentum erit, quod actiones anteactæ poterunt eſſe Sanctæ; & ideo . . . videndum eſt qualis fuerit Vitæ exitus, & qualibus Sanctitatis circumſtantiis ſit munitus, nam in hoc articulo magnum Cauſæ pondus conſiſtit* = Contra verò id quod ſpeciale occurrit in obitu Serui Dei, videlicet = *il gran concorſo di gente* = ad eius manum oſculandam, vel accipiendam eius benedictionem, vt ex *præteritis Animaduerſionibus pag.*30. §.68., cum non ſimus in caſu alicuius Sacerdotis, vel Perſonę Eccleſiaſticę, vel Superioris, & in Dignitate conſtitutę, ſed ſimplicis *Mulieris*, & in qualitate *Tertiariæ* vix ab exceſſu contra humilitatem proprij ſtatus videtur excuſari poſſe, juxta ibi deducta *cit.* §.68. Et ſi ad ſummum pro obſtatiuo Humilitatis imputari nolit, ob notata in Reſponſionibus *pag.*245. *ad* 248., certè ſaltem adhuc releuantiam imminui ex circumſtantia temporis, & Perſonę qualitate, & prò heroico Vitę exitus implemento haberi poſſe non videtur.

# INSPECTIO QVARTA.

## *De Obſtatiuis.*

39 QVamuis ſingula, quę latè hactenus deducta ſunt in puncto Releuantię, eſſe ſimul poſſint, ſaltem vt plurimùm loco *Obſtatiui*; hìc tamen reliqua deducenda ſuperſunt, quę maiorem adhuc conſiderationem ſeorſim promereri videbantur in quolibet Vitę ſtatu Serui Dei, in quibus claritatis gratia, & pro faciliori ſtudio tàm Poſtulatorum, quam DD. Cauſę Suffragantium, eumdem, quem ad hùc ſeruauimus Chronologicum ordinem, prò viribus retinere conabimur.

40 Quod attinet itaque in primis ad adoleſcentiam Serui Dei, vltra ea, quę dixi de vanitatibus in pręcedenti *Inſpectione* 3. §.20. nondum pręte-

te-

terea ſublata penitus remanſit apud aliquos difficultas per Reuerendiſſimum Anteceſſorem meum excitata in *præteritis Animaduerſionibus pag. . . . .* §. . . . ex eo, quod legitur *Summario pag.*198. §.39., quod cum nimirum Serue Dei Pater in lecto jaceret non bene tectus, & famula ad illam acceſſiſſet, = *e con alcune parole alquanto inoneſte, le diſſe come ſtaua ſuo Padre*; ( Serua Dei ) *vi andò con molta vergogna, ed oneſtà, ſerrati gl'occhi lo coperſe con molto ſilenzio ſenza veder coſa alcuna* = Qua in re etſi optimè per Poſtulatores *in Reſponſionibus pag.*86. *ad* 94. ponderatum fuerit, quod cum ex contextu, Serua Dei ad Patrem acceſſerit = *con molta vergogna, ed oneſtà ſerrati gl'occhi . . . . ſenza veder coſa alcuna* = nedum nihil mali hinc appareat, quin potiùs ſit valde laudabilis; adhùc tamen ſcrupulus in eo manebat, quod id non probetur, niſi ex dicto ipſius Serue Dei; & quod eadem cęteroquin non reprehendit famulam, prout oportebat, neque aliundè ſatis concludentèr probetur neceſſitas adeundi ad cooperiendum Patrem, ob aſſertum periculum parue Sororis, vel domeſticorum, quod ex *Summario* non ſatis apparet.

41 Quod autem attinet reliquum tempus, quod Serua Dei adhuc in Seculo viuebat; vltra jam dicta in pręcedenti Inſpectione de eius fuga à Domo Paterna, de Domeſticis turbationibus, deque habitatione electa in Domo à Parentibus ſeparata &c., & alia ibidem deducta, hęroicę ſaltem prudentię aduerſari poſſe videntur. Pręterea ordinatę charitati in proximum congruere non apparebat, quod cum Serua Dei hoc tempore paſſim alijs per eleemoſynarum ſubſidia benefaceret; id tamen numquam pręſtiterit pro coniunctis, qui itidem erant in ſtatu paupertatis, prout de facto proprio teſtatur eius conſanguineus *Summ. pag.*86. §.19., vbi ait, quod = *Li ſuoi Amici mormorauano, perche la detta Serua di Dio non ſoccorreua, & aiutaua il Teſtimonio, auendo* ( eadem Serua Dei ) *tanto credito nella Corte*; *& eſſendo così, che per caſo di fortuna il Teſtimonio venne à perder la robba, che aueua, e vederſi molto pouero, ad ogni modo la Serua di Dio non lo ſoccorreua &c.*, *e lamentandoſi con lei, come la carità non l'obligaua à rimediare li Fratelli, e Nipoti biſognoſi, ſi ſcauſaua ſempre, e fuggiua di ſoccorrerlo &c.* = & confirmat Teſtis CLXXX. *Summario pag.*87. §.21. ibi = *Sapeua . . che eſſendoſi, che per la ſua gran ſtima* ( Serua Dei ) *teneua la mano con tutta la Nobiltà della Corte, mai domandò niente à neſſun Signore per Parenti ſuoi, che ancora dopo la ſua morte è venuto à notizia di Sua Eccellenza, che aueria Sorelle pouere* = Id autem præterquam quod alibi dictam ſuſpicionem confirmat, quod nimirum Serua Dei ob domeſticas turbationes, auerſum fortaſſe animum gereret ab omnibus ſuis Conſanguineis, & idcircò renueret illis benefacere; Vlterius ordinatæ in ſuos charitati non conuenit; dicente *Apoſtolo in Epiſt.* 1. *ad Timoth. cap.*5. *vers.*8. = *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam* ( quæ etiam quoad temporalia poteſt interpretari ( *non habet, fidem negauit, & eſt infedeli deterior*.

42 Eidemque Charitati, quoad Spiritualem aduerſari adhùc videbatur, quod Serua Dei coram Teſte occultum alterius Perſonæ delictum reprehenderit, vt ex *Summario pag.*163. §.9. vbi legitur quod = *Auendo vna Perſona graue ottenuto vn' Offizio di molta conſiderazione, e per queſto fine valutoſi in certa occaſione di dire vna bugia &c.* Serua Dei huic Perſonæ dixit coram Teſte = *Come penſaua, che li aueſſe da ſucceder bene*

*ne in quell'Offizio . . . eſſendo acquiſtato con offeſa di Dio &c.*, *e che non ſi doueuano fare*, *ancorche fuſſe ſtato per eſſer Ladroni del Mondo &c.* = ex qua publica reprehenſione de facto Serua Dei = *rimaſe in diſgrazia della tal Perſona &c.*, *e per auerli parlato con tanta riſoluzione*, *non l'andò mai più à vedere, nè fece caſo di lei* = Poſtulatores in ſuis Reſponſionibus *pag.*181., *& ſeqq.* contendunt, mendacium non fuiſſe à Serua Dei detectum, ſed ipſummet auctorem ſe publicè de eo mendacio gloriatum fuiſſe, quo certè caſu laudabilis appareret Serua Dei, quæ audacem ſe de Diuina offenſa gloriantem reprehendiſſet. At hæc hypotheſis ex contextu non apparet; ex quo habetur quidem, quod illa Perſona mendacio vſa fuit occaſione obtinendi = *Vn Offizio di molta conſiderazione* = non autem, quod gloriata fuerit occaſione loquendi cum Serua Dei: Cumque propterea ex hac mendacij detectione conſequi fortaſſe potuiſſet amiſſio illis Officij, vel ſaltem diminutio illius exiſtimationis, vtpotè = *Perſona graue* = àc de facto ità triſtata eſt, vt = *rimaſe* (Serua Dei) *in diſgrazia della tal Perſona &c.*, quæ *non l'andò mai più à vedere*, *nè fece caſo di lei* = Ex his omnibus circumſtantijs adhùc addubitabatur, quod Serua Dei fortaſſe exceſſerit à terminis diſcretæ, & ordinatę fraternæ correctionis pro priuato, & occulto delicto, ſecretò faciendæ juxta monitum Chriſti Domini apud *Matth. cap.*18., & alia jam deducta *in præteritis Animaduerſionibus pag.*15. §.32.

43 Diſplicebat etiam aliquibus, quod legitur *Summario pag.*215. §.58., & alibi, quod cum nimirum ægrotaret Serua Dei ex febri, alijſque doloribus, adhiberi ſibi remedijs loco pateretur, & quidem *molto continuamente panni molli in acqua benedetta &c.* = àc ſimul etiam à Domino peteret ab Infirmitate liberari *domandandoli*, *che piaceſſe à Sua Diuina Maeſtà di mitigargli quel dolore &c.* = quorum primum videtur abuſum quemdam iuuoluere aquæ luſtralis, cum hæc ad vſum Spiritualem fuerit ab Eccleſia Inſtituta, & non pro remedio corporalium Infirmitatum, vt liquet *ex Rituali Romano*. Alterum vero non bene congruere apparebat cum heroica fortitudine; cuius eſt potius patienter tollerare, & pati cupere, non verò ab Infirmitatibus diſpenſari. Vndè meritò vulgatum eſt apud Fideles illud Diuæ Thereſiæ = *Domine aut pati*, *aut mori* = & illud Diuæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis = *non mori*, *ſed pati*, = vel dicere ſaltem cum *Diuo Auguſtino . . . . Auge dolorem*, *& adauge patientiam* = quin etiam cum *Apoſtolo Epiſt.*2. *ad Corinth. cap.*12. *vers.*9. = *Libenter gtoriabor in Infirmitatibus meis . . . .*, *cum enim infirmior*, *tunc patieus ſum* = Nam = *Virtus in Infirmitate perficitur* = & vt ad hunc locum ſubdit *Cornel. à Lapide in Commentar. num.*137. *vers.*4. *In morbis enim*, *verberibus*, *perſecutionibus*, *& aliis ærumnis gloriantur potius*, *& exultant Virtutis amantes*.

44 Quod attinet verò ad vltimum tempus Vitæ Seruæ Dei poſt emiſſam Profeſſionem Religioſam, præter alia, quæ jam innuimus in præcedenti Inſpectione circa inadimplementum proprij Inſtituti, & quoad propriæ Vitæ commoditates, adhuc ſignanter vrget frequens Seruæ Dei cum Secularibus commercium, à quibus paſſim viſitabatur, & quos viciſſim ipſa inuiſebat, vel Domi perſonaliter, vel per Epiſtolia, vt *Summario pag.*136., *& alibi paſſim*, quod eſt contra præſcriptum Regulæ, de qua *in præcedenti Inſpectione* 3. §. 36. Nec non vrget etiam contra Paupertatem, quod pecunias, aliaque ex eleemoſinis collecta

pe-

penes tertiam Perſonam ad ſui tamen arbitrium retineret, vt colligitur ex *Summario pag.*188. §. 3., vbi dicitur, quod = *Tutto quanto gli dauano .... lo conſegnaua à vna Perſona, che teneua in ſua Compagnia, perche la tal Perſona glelo deſſe quando voleſſe* = quod ſane eidem videtur in ſubſtantia, ac poſſidere, & ex diametro opponitur cum Voto Religioſæ paupertatis, vt per ſe liquet. Prout eidem paupertati incongruum etiam apparet Votum, quo ſe obſtrinxit Serua Dei edificandi magnificum Altare Beatæ Mariæ Virgini, cum vndique eſſet pauperrima, vnde illud de facto nonniſi per tertiam Perſonam potuit adimplere, vt ex *Summmario pag.*179. §.17., vbi Teſtis CLXIII. = *Seppe dalla ſua propria bocca* ( Seruæ Dei ] *che aueua fatta promeſſa di fare vn' Imagine, & Altare della Concezzione &c., e quando più ſi trouò ſconfidata di poterlo conſeguire, trattando, che ſe li rilaſaſſe queſto Voto, lo ſeppe la Signora D. Eluira &c. li offerſe il modo da poter adempire il ſuo Voto, e queſto ſi è fatto con tanta liberalità, e grandezza, che oggi giorno è vna delle più belle Cappelle, & Immagini della Concezzione, che vi ſia in queſta Corte, & anco in tutto il Regno.*

45 Nèc minùs etiàm inordinatam inuoluere videtur Religionem, quod Serua Dei Hymnum *Tè Deum laudamus* B. Virgini ( in cuius honorem aliæ plurimæ non deerant ordinatæ preces ab Eccleſia, imo, & conſimilis Hymni paraphraſis à Diuo Bonauentura conſcripta, & ſæpius impreſſa ) appropriauerit, & quidem fortaſſe prout iacet, & in Idioma Caſtellanum traductum, & typis impreſſum de facto vulgauerit, ac per conſequens errore ( ſi quis forte irrepſerit ) non amplius facile reparabili prout ſupra etiam innuimus *in Inſpectione Prima* §. 4.; Maximè quod in hoc puncto Ordinatæ Religionis nonnulla etiàm alia occurrunt, quæ Seruam Dei minus exactam ſuadere videntur, prout illud, quod legitur *Summario pag.*257. , vbi habetur, quod ipſa permiſit, vt Puella ( à sè prò tali cognita ] virili veſte ſuperinduta, publicè in Eccleſia Miſſæ Sacrificio inſeruiret, & vnà ſecum Sacram Communionem reciperet; Cùm tamèn commodè poſſet, & deberet ab huiuſmodi Sacro Miniſterio illam retrahere, imò acritèr admonere, & ab indebita, & indecenti functione abſterrere, cùm Sancta ſanctè ſint peragenda, prohibitumque ſit à Sacris Canonibus ſub graui, fæminas in Altari miniſtrare, vt latè probat Reuerendiſſimus *P. Marati* huius Sacræ Congregationis Conſultor *in ſuis eruditiſſimis obſeruationibus ad Comment. Gauant. in rubr. Miſſal. part.* 2. *tit.*2. *num.* 4. *pag.*345. *Tom.*1.

46 Eòdem etiàm pertinent nonnullæ expreſſiones adhiberi ſolitæ intèr loquendum à Serua Dei, proùt illa, quæ *Summario pag.*217. *circa med.*, ſibi videri aiebat, quod = *Noſtro Signore ſtaſſe burlando* = & *pag.* 222.. & *in princ.*, quod = *gli era apparſa la Piccinina* = hoc nomine paſsìm deſignans Beatam Virginem, & aliæ ſimiles expreſſiones alibi *in eodem Summario* ex quibus nimia quædam confidentia cum Sanctis, & rebus ſacris apparet, non bene cohęrens cum religioſa reuerentia illis debita. Prout neque cum reuerentia debita Eccleſiæ Dei coheret ex *Summario pag.* 99. §.11., quod indiſcriminatim Proximos in Eccleſia audiebat, tamquam in Locutorio ibi = *Dopo della Communione, ſi laſciaua parlare dalle Perſone, che à queſt' effetto l'aſpettauano &c.* idque de more quotidiano, & abſque vlla reſtrictione temporis = *che vna volta era, vn ora, & altre più, ò meno, ſecondo la*

*gente, che vi era &c.*; idemque etiàm rurſus poſt meridiem, expletis Veſperis = *sè veniua qualchuno à cercarla quiui* (ideſt in Eccleſia) *ſi ſpediua ſinche ſonauano nel Conuento all'Orazione dell'Aue Maria &c. & in queſta maniera continuaua ogni giorno la . . . . diſtribuzione del tempo &c.* = Cùm tamèn Scriptum ſit apud *Matth. cap.*21. *verſ.* 13., quod = *Domus mea* (ideſt Eccleſia) *Domus Orationis eſt* =, & reperitur in Sacris Scripturis apud *Iſaiam cap.* 59. *verſ.* 7., *Ierem. cap.* 7. *verſ.*81., *Luc. Cap.*25. *verſ.*46., & paſsim inculcant Sancti Patres, vt nemo ignorat.

47 Contrà denique Virtutes nedum Charitatis ergà Proximum, ſed fortè etiàm Religionis, illud adhùc obſtare videbatur, quod Serua Dei prò ſalute, ſeù conuerſione Hæreticorum, & Infidelium orandum non putaret, & orare de facto recuſauit, prout ex *Proc. informat. fol.*722. vbi legitur = *Che ſtando la Teſtimonia, colla detta Madre Marianna à Ieſu, la ſua Compagna le diceua, che raccomandaſſe à Dio il Principe di Galles, che ſi faceſſe Chriſtiano, poiche era venuto da tanto lontano: e la detta Madre Marianna le riſpoſe: Taci Amica, che queſto boccone non lo poſſo inghiottire, nè digerire, che tù lo vedi cogl'occhi corporali, ma vi è chi lo vede collo ſpirito, e glelo danno à vedere, e toccare colle mani* = Quin hæc difficultas penitus depulſa videatur per ea, quæ ſuadere conantur Poſtulatores *in eorum Reſponſionibus pag.* 150., *& ſeqq. num.*6. 7., *&* 8., quod ſcilicet Serua Dei numquam dixerit, nolle orare prò Principe Valliæ, ſed tantum Sociæ opinanti, quod Princeps ille, qui ex hæreticis Regionibus in Catholicum Hiſpaniæ Regnum aduenerat, ad Romano Catholicam Religionem ſe conuertiſſet, reuelare voluerit, quod non *ſi farebbe Chriſtiano*, ex quo de illius obduratiſſima pertinacia in ſuis erroribus, & omnimoda vſque ad obitum auerſione à Catholica Romana Religione per Diuinam reuelationem edocta erat, & proindè eidem Sociæ roganti = *Che raccomandaſſe à Dio il Principe di Galles, che ſi FAREBBE* (vt volunt Poſtulatores (& non *SI FACESSE* (vt legitur *in Summario Chriſtiano, poiche era venuto da tanto lontano* = Serua Dei vt Sociæ oſtenderet, quod ipſa Diuino lumine illuſtrata, ſciebat, Principem illam, non ex quo venerat *da tanto lontano*, sè vnquam conuerſurum, reſponderit = *Taci amica, che que queſto boccone non lo poſſo inghiottire, nè digerire, che tù lo vedi cogl'occhi corporali, ma vi è chi lo vede collo ſpirito* = Nàm hæc Poſtulatorum Interpretatio, quæ fundamentum tantum habet in mera opinatione, quod Interpres malè acceperit vocem illam *faceſſe*, prò altera *farebbe*, nèc ſatis fundata videtur, nèc ei proindè acquieſcendum, donèc per validiores coniecturas, & certiora argumenta id euidentius comprobetur.

48 Nàm quatenùs dicendum eſſet (prout ſanè dicendum videtur, attenta litera, & toto contextu mox relati loci Summarij) quod Serua Dei rogata à Socia, vt oraret prò conuerſione Principis Valliæ orare recuſauerit, ex quo cum Cæleſti lumine viderit, Principem illum numquam conuertendum, imò fore in æternum damnandum, non teneri, nèc prudenter debere, vel etiam vanum, & ſtultum eſſe, reputauerit, ad Deum preces fundere prò eius æterna ſalute, imò nèc prò eius adhùc in ſtatu viæ exiſtentis actuali ad tempus conuerſione, contra ea, quæ fecit, & docuit Chriſtus Dominus, qui quamuis certus eſſet de æterna damnatione Reproborum, Patrem rogauit non prò ſolis Prædeſti-

natis,

natis, quod ſolis placet Nouatoribus; ſed etiàm prò Reprobis, vt habetur apud *Ioan. Cap.* 17. = *Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi* = Vt enim ad hunc locum optimè obſeruat *Diu. Thom.* = *Chriſtus quantum eſt de se, prò omnibus orauit, quia Oratio ſua quantum eſt de ſe, efficax eſt, vt valcat toti mundo* = Prò quibus etiàm ſanguinem, & Vitam profudit vſque ad mortem, & mortem Crucis, vt notum eſt ex damnatione contrariæ propoſitionis, quæ eſt quinta inter famoſas Ianſenij, ſic habens = *Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum prò omnibus omninò Hominibus mortuum eſſe, aùt Sanguinem fudiſſe* = Ideoque maximè cauendum, vt alter ex Reuerendiſſimis Conſultoribus motiuabat in dicta Antipręparatoria Congregatione, nè ex hoc facto aliquod grauius contrà Seruam Dei emergat Obſtatiuum, pręter illud defectus heroicę Charitatis in re Spirituali erga Proximum.

49 Nèc minoris autem momenti erant, quę vſque ad vltimam Vitę partem Seruę Dei occurrebant paſsìm in Summario aduersùs Virtutem *Humilitatis*, iuxta notata in *præteritis Animaduerſionibus pag.* 16., *& ſeqq.* §.22. *ad* 40., & ſignanter quoad nimiam facilitatem euulgandi ſine neceſſitate bona Opera à se patrata, aùt aſſertos Diuinos fauores, proùt ex *Summario pag.* 125. §.19., *&* 20., vbi legitur, quod cùm Serua Dei quemdam Aulicum à praua Mulieris amicitia abduxiſſet, & idcircò ab ea Muliere Domi aggreſſa fuiſſet, quę = *gli diede molte pianellate, e colpi* = hoc factum Serua Dei publicare non deſiſtebat, quin appareat, quę fuerint *in ſpecie* aſſertę *occaſiones* de hoc facto loquendi *per onore, e gloria di Dio* =, vt contenditur ſed non ſatis probatur exaduerſo; *Et eodem Summario pag.* 228. §. 27. quod = *Riferendo la Teſtimonia l'indiſpoſizione, che patiua di non poter mangiare &c.* = illicò Serua Dei id ipſum ſibi accidiſſe narrauit = *per molti anni, che crede li diſſe ſette, ò più* = Subdens, quod per id tempus = *non mangiò coſa d'importanza* = & quod magis vrget = *Che il ſuo principal ſoſtento era il Santiſſimo Sagramento* = quę ſanè extrema clauſula vtpote abſque vlla vel apparenti neceſſitate, videbatur ab humili Serua Dei omitti potuiſſe. Quemadmodum, & illud ex *Proceſſ. Apoſtol. f.* 2297. vbi Deſtis = *Inteſe dire dalla Serua di Dio, che Noſtro Signore l'aueua meſſa in Croce* = quìn conſtet de allegorico ſenſu Infirmitatum, quem aſſerunt Poſtulatores *in Reſponſionibus pag.* 193. *num.* 36. Id enìm ex contextu apparere debuiſſet, qui tamèn hactenus allatus non apparet.

50 Sed, & illud grauius, quod habetur in *Proceſſ. Informat. compulſat. fol* 734. ibi = *Eſtando Infermo D. Errico .... Cappellano del Rè &c. la Teſtimonia domandò* (alla Serua di Dio] *che l'andaſſe à viſitare, come ſoleua fare con gl'altri Infermi, in Spirito: e gli diſſe* (Serua Dei) *che l'aueua viſitato, e fattoli il ſegno della Croce, e che per le ſue Orazioni, e meriti aueua ricuperata la ſanità* = Ità legitur in ipſo Proceſſu mihi à Poſtulatoribus exhibito, abſque vlla interpunctione inter voces = *Croce, e che* = & abſque alia diuerſitate literę initialis, quę diſtinctum periodum deſignet, & abſque vllo prorſus contextu, ex quo argui poſſit, poſtrema illa verba referenda eſſe ad Teſtem, non autem ad continuatum diſcurſum ipſius Serue Dei, proùt gratis aſſeritur exaduersò, ac per conſequens ceſſare videntur Poſtulatorum *Reſponſiones pag.* 193. *num.* 38., & non leuis pręſumptio oritur, quod Serua Dei nimis confideret, & in proprijs meritis, quod eſt Virtuti humili-

militatis maximè oppoſitum = *Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat* = inquit *Apoſtolus in Epiſt. 2. Corinth. cap.*10., & vt rectè monet ipſemet Chriſtus Dominus apud *Luc. cap.* 17. = *Cùm feceritis omnia: dicite Serui inutiles ſumus.*

51 Pręſertim, quod hęc pręſumptio magis credibilis in facto redditur in concreto noſtri caſus ex alijs pluribus conſimilibus: Nàm vt habetur *Summario pag.*110. §.53. cùm viſitaſſet = *vna Perſona graue Inferma* = in reditu interrogata de illius ſtatu = *riſpoſe, che ſi moriua, & interrogandola, perche ò come lo ſapeua? Diſſe, perche non l'hò potuto raccomandare à Noſtro Signore* = qua in re etſi dicatur, interrogationem proceſſiſſe à Confeſſario, vt in *Reſponſionibus pag.* 188. *num.*14., non ideo ceſſat difficultas in ratione illa adducta à Serua Dei = *perche non l'hò potuta &c.* = ex qua peſſimę illationes fieri poſſunt, vt patet. Sic etiàm in eius Vitę relatione in *Proceſſ. fol.*601., & tergo legitur, quod = *ſtando vn giorno* [ Serua Dei ) *nella Chieſa &c. volto vn poco gl'occhi, e vidde quattro Religioſi, che ſtauano inginocchiati . . . . . delli quali aueuano tutti ſodisfazione della lor gran Virtù &c. ſi voltò* ( eadem Serua Dei ] *à Noſtro Signore* ( qui tùnc ibidem publica expoſitione adorabatur ab alijs, qui aderant in Eccleſia ), *e gli domandò interiormente; Signore, qual ti ama più di queſti? E ſubito gli riſpoſe Sua Maeſtà, Tù* = Incongruitas Interrogationis, & curioſitatis in tempore adorandi Sacroſanctam Euchariſtiam, & non oculos, & cogitationem ad alia diuertendi, ac denique qualitas ipſa reſponſionis ad id, quod quęſitum non fuerat; ſatis ſuadere videntur, quid ex huiuſmodi facto ſit inferendum. Prout etiàm ex eo, quod ipſa de ſe ait *in eodem Proceſſ. fol.* 579., vbi cùm ad Eccleſiam pergere ſoleret per quamdam viam = *più ritirata . . . . . ſe ben poco pulita &c. vn giorno la trouai tanto ſcopata, e netta &c.* = vt illicò ſibi videre viſa fuerit = *Noſtro Signore Gieſu Chriſto . . . . . e mi diſſe: Per Tè ſi è nettata* = ſed cùm infrà *in eodem folio* mentio fiat = *dell'Ottaua del Santiſſimo Sagramento* [ quo tempore nemo ignorat ad quem effectum Vię poliantur] ceſſat omnis aſſerta apparitio, & admiratio, & firmatur potiùs ſuſpicio, quod nedùm Serua Dei aliter de ſe ſentiret, quàm heroica humilitas patiatur; Sed quod vlteriùs hic vanus conceptus animam aliò ſeduceret, eamque falſis imaginibus non ſine Sanctitatis detrimento, vt videtur, oblectaret iuxta notata à myſticis Doctoribus, cum *Ioſepho Lopez. in Lucern. myſtic. tract.*4. *cap.* 19. vbi ait, quod = *Multi putant à Deo moueri . . . . . cùm reuera à ſe ipſis moueantur; & ſæpè putant Reuelationes, Viſiones, locutiones à bono ſpiritu recipere, cùm verè, & realitèr ſint ſuaſiones propriæ imaginationis, & motiones ſeù humani Spiritus &c.*

52 Idque vberiùs etiàm ſuadetur ex eodem *Proceſſ. fol.* 580., vbi eadem Serua Dei de ſe ipſa narrat, quod comedens *alcuni frutti*, & Deo gratias agens = *per auermeli mandati tanto à tempo, e la ſtagione, che vi aueua poſto Sua Maeſtà: lo ſentij da vicino dicendomi, che DARA' PER BEN IMPIEGATO DI AVERLI CREATI ACCIOCHE IO LI MANGIASSI* = *& fol.* 416. abſque vlla neceſſitate = *Diſſe* ( eadem Serua Dei ) *che l'Angelo Cuſtode del Santo Rè Dauid glie lo diede noſtro Signore, e glie l'aſſegnò per ſuo Angelo Cuſtode* = *& Summario pag.*180. §.18. abſque vlla ſimilitèr neceſſitate vltrò dixit, quod Imago

go

go B. Virginis, quam ſculpi faciebat = *hà da riuſcir tanto bella, che hà da eſſer molto ſimile à quella del Cielo* = *&* eodem *Summar. pag.* 258. *in princ.* interrogata à Teſte quomodo rem quamdam ſciret = *li riſpoſe, che in fatto di verità nell'orazione glielo communicaua Noſtro Signore: e replicandoli la Teſtimonia sè queſto era ſempre, e commune à tutte le coſe &c. e sè lei ſi conoſceua tutti li ſuoi peccati, li riſpoſe IN FINE A TE TI VOGLIO DIRE OGNI COSA, CHE PER TE NON VI E COSA SECRETA* = Quibus verbis apparet ſuadere voluiſſe, ſe certam eſſe de Diuina reuelatione quoad omnia, & etiam in futurum; quod non videtur abeſſe poſſe à præſumptione proprij meriti; maximè cùm ſimus in Donis merè gratuitis,

53 Sic eodem Summario ſuummet Confeſſarium volentem illam admonere, ipſa ad huiuſmodi admonitionem vitandam ( quæ non ſine fructu ſaltem humilitatis futura erat ) præuenire non deſtitit illis verbis = *Padre non li dia pena à V. R., nè penſi, che ſebbene eſco à viſitare Infermi, e communico con le Creature, perda vn punto della preſenza di Dio, che ben sò, che mi vuol dir queſto* = Sic inſtrumenta pænitentiæ viſibili loco in Domo Seruæ Dei expoſita, & relictus paries ſanguine aſperſus, de quibus ſæpè in Summario fit mentio, ac ipſa etiam denique tanta auerſio à Viris, quantam ſuadere voluit Serua Dei pluribus locis in Summario, & ſignanter *pag.* 194. §. 18. vbi legitur, quod cùm D. Eluira Manriquez illam iteratò, ac tertiò inuitaſſet antequam ſumeret Habitum Religioſum, & poſtquam tot morbis affecta erat quot ſuprà retulimus in *Inſpectione tertia* = *che andaſſe à dormire la ſera nell' Appartamento doue ſtaua Sua Signoria; là detta Serua di Dio domandò, sè il Signor Auditore ſtaua con ſua Signoria; & auendole detto, che sì, diſſe . . . . queſto nò &c. & non ci fù rimedio, che vi andaſſe: & altra volta aggiunſe, queſto nò ancorche foſſe mio Padre* = cùm tamen aliundè conſtet, quod illa cum Viris etiam tractabat, & Epiſtolia ſcribebat, & quod non erat admodum inuita, vt ſignanter à Magnatibus viſitaretur, vt ſparsìm ſuprà innuimus, & colligitur *Summario* præſertìm *num.* 55. *per tot.*

54 Hæc autèm omnia ſatiſſuperque confirmare videntur prefatam ſuſpicionem inanis alicuius complacentiæ, & gloriolæ in Serua Dei, quod eſſet ex diametro oppoſitum veræ Sanctitati, & ſolidæ humilitatis Virtuti: ad quam non ſatis eſt exterior mundanarum rerum abiectio, & contemptus; ſed interna, eaque maximè neceſſaria eſt abiectio ſui, & omnium aliarum cupiditatum abnegatio; præterquàm Solius Dei, eiuſque gloriæ: Vndè dicit *Apoſtolus ad Galat. cap.* 5. quod = *qui ſunt Chriſti* nedùm *carnem ſuam crucifixerunt*, ſed hanc ſimul *cum vitiis*, & vlterius etiam cum *concupiſcentiis*, in quo eſt arduitas. Nàm vt optimè ad illud Chriſti Domini *apud Matth. cap.* 16. = *Si quis vult poſt mè venire, abneget ſemet ipſum* = obſeruat *Diu. Gregor. Homil.* 32. *in Euangel.* = *laborioſum non eſt homini relinquere ſua; ſed valdè laborioſum eſt relinquere ſemetipſum* = quia, vt egregiè ſubdit = *Minus eſt abnegare quod habet, valdè autem multum eſt abnegare quod eſt* = Sat autèm experientia compertum ſemper fuit, & obſeruatum iàm aliàs *à Pio II. in Hiſtor. Bohemic. cap.* 66., quod = *ingens dulcedo gloriæ faciliùs contemnenda dicitur, quam contemnitur &c., & non eſt tàm Sanctus qui dulcedine gloriæ non capiatur* = Imò magis in hoc genere cauendum, cum ſcitum ſit ex *S. Auguſtino lib.* 2. *de Sermone Domini in*

*Mon-*

*Monte cap.12. tom.4.* = *Non in ſolo rerum corporearum nitore, atque pompa, ſed etiàm in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiam; & eo periculoſiorem, quo ſub nomine Seruitutis Dei decepit.*

35 Illud deniquè in hac Cauſa, quod etſi tàm multa, iam latè hactenùs ex neceſſitate proprij officij deducta tàm in puncto *Releuantiæ*, quàm de *Obſtatiuis* ſingula ſeorsim ſumpta non maximi ponderis fortaſſe ſint futura; attamèn ſimul vnita, non videntur omninò negligenda; præſertìm in Cauſa, in qua aliundè non agitur de extraordinaria quadam, & eminenti Sanctitate, quæ in ſolido Virtutum, & prodigiorum fulgore, ſtatìm ex lectura vim faciat, trahatque in admirationem, ſed agitur de Cauſa, in qua maximè apud multos ex DD. Suffragantibus dubitatum fuit, ità laborari de Releuantia, vt ſtudio opus ſit ad diſcernendum, an illa reuera attigerit ad eum præcisè gradum, qui eſt neceſſarius ad effectum, de quo agitur, & nihil vltra; adeout de facto non defuerit, qui ad rem ſatis commodè dixerit, non minimum huius Cauſæ Obſtatiuum eſſe ipſummet *Releuantiæ defectum*.

Quæ tamèn dicta ſint ſub cenſura, ſaluo ſemper &c.

*L. de Valentibus Sac. Conſiſtorialis Aulæ, Fiſci, & Reu. Cam. Apoſt. Aduoc., & S. Fidei Promotor.*

# TOLETANA

## *Beatificationis, & Canonizationis*

## VEN. SERVÆ DEI

# SOR. MARIANNÆ A' JESU

## Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.

# RESPONSIO

## AD NOVAS

## *ANIMADVERSIONES*

## R. P. Fidei Promotoris.

### SVPER DVBIO

*An conſtet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate in Deum, & in Proximum; & de Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in caſu &c.*

## Bme Pater.

QVANTI ſint momenti nouæ Animaduerſiones ſubtiliter, & eruditè de more in hac Cauſa editæ non obſcurè vel ipſe Reuerendiſſimus Fidei Promotor oſtendit in ipſo illarum veſtibulo, vbi *in veritatis obſequium,* inquit, *vltrò fatemur, quod in Congregatione Antepræparatoria peracta in Ædibus Emi, & Rmi Cardinalis Bellugæ Ponentis ſub die 21. Ianuarij 1738. non ſinè plauſu diſcuſſa, & audita fuerit hæc Cauſa.* Hæc pro veritate fatetur; Quia verò eidem demandatur in Breui Apoſtolico officij Promotoratus *obiectiones ſuper materijs pro tempore occurrentibus faciendi,* & vt ipſe R. P. Promotor proſequitur, *aliquæ difficultates non defuerunt, quæ vlteriorem à Poſtulatoribus elucidationem exigere videbantur, idcircò,* concludit, *has nouas Animaduerſiones exarare muneris mei ratione ſum coactus.*

Cum autem cogamur & nos, vt Poſtulatorum onera portemus, tot, & tantis in Animaduerſionibus cumulatis facere ſatis; ideò alia præter iſta exordij prolixitate, ad ſingularum difficultatum enodationem deſcendimus, methodum, quam Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor ad obijciendum ipſemet ſibi præfixit, in reſpondendo ſectaturi, *PRIMVM* ſcilicèt de contentis in Inſpectione *de Præliminaribus* agemus; *SECVNDO'* *de Probationibus*; *TERTIO'* *de Probationum releuantia*; *QVARTO'* demùm *de Obſtatiuis*; Itàque ſit.

# INSPECTIO PRIMA.

## *Animaduerſio Præliminaris.*

NOn plus vltra procedi poſſe in hac Cauſa iterum opponit Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor, niſi exquiſitiores præhabeantur diligentiæ in inquirendis Epiſtolis, tractatibuſque ſiuè à Dei Serua ſcriptis, ſiuè eius cura typis impreſſis, quas, & quos in *Animaduerſ.* §.2., *& ſeqq.* indicat, ſeù enumerat: præſertim cum Epiſtolæ ad diuerſas etiam Ciuitates miſſæ fuerint; Vndè non ſufficere eas, quas Epiſcopus Larenſis Suffraganeus Matriten adhibuit, atque exactiùs diligentias per alios locorum Ordinarios iterandas ante omnia eſſe ſuadere conatur.

## *Reſponſio.*

1 PLus vltra, audito etiam Rmo D. Fidei Promotore, procedi poſſe hæc Sacra Rituum Congregatio cenſuit; quodque S. Congregatio cenſuit Sanctitas Veſtra approbauit, vt ex Decreto in *Calce Noſtrarum Reſponſionum ad Primas Animaduerſ.*, vbi enumeratis, atque indicatis prædictis Epiſtolis, ac Tractatibus, perpenſiſque diligentijs adhibitis, eadem S.Congregatio, annuente Sanctitate Veſtra, *reſcribendum cenſuit ex illis nihil obſtare, quin procedi poſſit ad vlteriora*. Vtri ergò, Rmo Promotori ne, an potius S. Congregationi, imò Sanctitati Veſtræ aures præbere debeamus? Vtique, Bme Pater, perpenſis diligentijs adhibitis in inueniendis huiuſmodi Epiſtolis, ac Tractatibus, S.Congregatio, Te benignè annuente, cùm procedi ad vlteriora reſcripſerit; rectiſſimè, omiſſa remora eiuſmodi Animaduerſionis, tuoque freti iudicio, ad vlteriora in inquirendis Virtutibus in gradu heroico, inque ijs ab omni Animaduerſione vindicandis alacri animo procedimus.

2 Quin etiam addere non omittimus, quod poſt Animaduerſionem elucubratam, atque poſt hæc ſcripta, vt omni ex parte animus Rmi D. Fidei Promotoris expleretur, ſolertiſſimus Cauſæ Poſtulator, ad cuius inſtantiam ab hac S. Congregatione nouæ Literæ ad Rmum Archiepiſcopum Lariſſen Eccleſiæ Toletanæ Adminiſtratorem, Eminentiſſimum Epiſcopum Malacitanum, & Rmum Epiſcopum Valliſolitanum Iudices Delegatos pro vlterioribus,& exactioribus huiuſmodi diligentijs adhibendis relaxatæ ex abundanti fuerunt cum peculiaribus etiam ipſius Rmi Promotoris Inſtructionibus: ſolertiſſimus, inquam, Cauſæ Poſtulator *die* 10. *Septembris* 1740., ad relationem dicti Eminentiſſimi Ponentis ſuper nouis eiuſmodi diligentijs ad normam dictarum Rmi Promotoris Inſtructionum diligenter expletis, iteratum Reſcriptum, benignè Sanctiſſimo D.N. annuente, obtinuit *Procedi poſſe ad vlteriora*: vt in *Summario Addition. in calce*. Qua de re, ſublata quacumque præliminari difficultate, ſit.

IN-

# INSPECTIO II.

## De Probationibus.

ADmittit Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor *plures, & quidem valdè adæquatas Poſtulatores dediſſe reſponſiones ſingulis oppoſitionibus contra probationum ſufficientiam in prioribus Animaduerſionibus excitatis; attentis tamen peculiaribus huius cauſæ circumſtantijs, non adhuc plenè acquieſcendum* [ eidem ] *videtur probationibus, quæ afferuntur*. Illas autem quę in Animaduerſionibus recenſentur ſingulatim refellemus, vt tandem aliquando ſapientiſſimi DD. in Cauſa ſuffragantes noſtris probationibus inhæreant, illiſque plenè acquieſcant. Sit igitur.

## *Animaduerſio I.*

EX defectu examinis illarum perſonarum, quæ mandante clar. mem. Cardinali de Sandoual Archiepiſcopo Toletano, ex induſtria ſpiritum tentarunt Ven. Mariannæ, an verè ex Deo eſſet, vt habetur ex Teſte CXXXIII. *Summ. pag.* 168. §.27., vt ibi = *Et in teſtimonio della ſua* ( nempè Seruæ Dei ) *gran virtù, e Santità, ſi ricorda il Teſtimonio, che poſſono eſſere da vndici anni in circa, che per ordine dell' Illuſtriſſimo Signor Cardinale Sandoual Arciueſcouo di Toledo la vennero ad eſaminare il ſuo ſpirito molti Religioſi, e Clerici graui, e vi atteſero molti giorni, e per la miſericordia di Dio non trouorno coſa in lei, che non fuſſe molto aggiuſtata, e contrapeſata con quello, che Dio comanda, tutto il che vidde il Teſtimonio*; Ex huiuſmodi inquam defectu, pronunciat Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor noſtrarum probationum pondus diminui, ſuſpectamque reddi fidem Teſtium in Proceſſibus examinatorum, vt in Animadu. §.9., & 10.

## *Reſponſio.*

1 FAtentur Poſtulatores, & maximè dolent, non fuiſſe inductos in hac Cauſa, & examinatos Viros illos graues, Religioſos ſcilicèt, & Clericos à Cardinali Archiepiſcopo Toletano miſſos ad probandum ſpiritum Seruæ Dei, cum ex illorum Teſtimonio longè luculentiùs eminens Serue Dei Sanctitas innotuiſſet. Verumtamen illa omiſſio, ſi culpabilis eſt, imputari tota debet Iudicibus, per quos examen Teſtis CXXXIII. *in* Animaduerſione relati receptum eſt. Ratione enim iuramenti de religiosè ſeruando ſecretum tàm de contentis in *Interrogatoriis*, quàm de *Teſtium depoſitionibus* ſuper ijſdem, & ſuper *Articulis*, quod ſecundùm præſcriptum Decretorum generalium Sa. mem. Innoc. XI. §. *Tertio, & prò maiori* præſtant Judices, Subpromotor, & Notarius, nec non ipſimet Teſtes, prædicta depoſitio dumtaxat innotuit Judicibus, quibus coram recepta fuit; At nullo modo Poſtulatoribus, niſi poſt Proceſſus præſentationem apud acta huius Sacræ Rituum Congregationis, illiuſque aperitionem, & publicationem. Si enim neceſſarium videbatur examen Regularium, & Clericorum, qui ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo miſſi ſunt ad probandum Spiritum Seruæ Dei ad eorumdem Judicum, & Subpro-

motoris munus pertinere videbatur à Teſte illarum perſonarum nomina ſciſcitari, & deinde illas ex officio vocare ad examen iuxta notiſſima Decreta generalia San. mem Jnnoc. XI. §. *Primo*; Jd quod ſine Diuina reuelatione peragi non poterat, nec potuit à Poſtulatoribus prorsùs inſcijs vſque ad tempus aperitionis Proceſſus in Curia eorum, quæ Teſtes depoſuerant, & tunc, ac hodie nominum dd. perſonarum.

2 Ex prædicta igitur omiſſione alijs attribuenda, quàm Poſtulatoribus, nec diminuta, nec ſuſpecta videtur fides Teſtium in Proceſſibus examinatorum. At verò perpenſo relato Teſtis Dicto, neminem de omiſſione dicti Examinis culpandum eſſe videtur, cum ex illo habeatur, quod Spiritus Seruæ Dei exploratus fuerit vndecim annis ante prædicti Teſtis examen; Quòcirca nihil magis veriſimile, quàm quod illi Exploratores = *Religioſi, e Chierici graui* inter annos tot deceſſerint, ec ſic morte præuenti nequiuerint vocari ad examen. Cęterum quod ad probationes attinet in hoc Dubio, an conſtet de Virtutibus Seruæ Dei in gradu heroico, de probationum ſufficientia vnicè quærendum eſt; non autem an ille, aut ille Teſtis fuerit examinatus; quia nulla lex cogit ad inducendum magis vnum, quàm alium Teſtem, neque ad examinari faciendum omnes Teſtes, qui haberi poſſunt; imò ne eos quidem, qui iam in iudicio producti, & iurati ſunt Capyc. *deciſ.39. in fine*, Monticell. *de Teſtib. Rubrica Productio Teſtium varia, verſic.20.*, Farinacc. *in Prax Crimin. quæſt.62. n.224.* Rot. *dec.546. num.3. par.3. rec.* Neque ex quo aliqui Teſtes optimè inſtructi de vita, & Spiritu Serue Dei, non reperiantur examinati, redditur aliorum Teſtium examen minus habens, & defectuoſum; cum ſolùm inſpici debeat, an qui depoſuerunt, idonei ſint, & ad Poſtulatorum intentum concludant.

3 Verumtamen ex eodem Teſte perſpicuum redditur, viros prædictos aſſumptos ad diſcernendum Spiritum Seruæ Dei firmiter compræhendiſſe, quod illa ambularet in Spiritu veritatis, eiuſque vocem percepiſſe, qui veritas eſt, loquentis in ſilentio ad cor noſtræ Ven. Mariannæ; Nam affirmat, quod huiuſmodi perſonæ graues = *Per la miſericordia di Dio non trouarno coſa in lei, che non fuſſe molto aggiuſtata, e contrapeſata con quello, che Dio comanda, tutto il che vidde il Teſtimonio.*

## *Animaduerſio II.*

EX omiſſo per Poſtulatores examine perſonarum, quas Emus Archiepiſcopus Toletanus ſelegit ad probandum Spiritum Seruæ Dei, magis diminuta, & ſuſpecta videtur Reumo D. Fidei Promotori Fides Teſtium huius Cauſæ, prò maiori parte fęminei ſexus ex propria natura infirmi iudicij, vel eiuſdem Ordinis Mercenarij, cui Serua Dei ſe addixit, ex præſumpta affectione erga illam: Quos Teſtes & ſi in Canonizationum Cauſis recipi non diffiteatur, non tamen ita facilè admittendos eſſe cenſet in hoc caſu, in quo præſupponit examinari potuiſſe ſæpedictos Scrutatores Spiritus Seruæ Dei omni exceptione maiores, cum in criminalibus iudicijs, quibus has noſtras cauſas quoad probationes æquiparari exploratum habet, tunc ſolum admittendi ſint Teſtes minus idonei, quando aliter veritas haberi non poteſt ex allegatis in Animaduerſ. §.10.

*Reſ-*

# Reſponſio.

1 EX recepto Philoſophi dogmate non licet, ad vnum dubium derimendum, alio dubio vti, ſed ex claris, vel receptis iam, & approbatis principijs ad res dubias dirimendas procedere oportet. Huic ſimilis videtur noſtri Iuris regula, quod qui vnum diſputat, præſupponendo alterum, ſuper quo pariter eſt quæſtio, ante omnia debet verificare id, quod eſt in ſuppoſito, vt poſt Fulgoſ. *in leg. Mancipia Cod. de Seru. fugitiu.*, notat Maſcard. de *probat. concluſ.* 1210. *num.* 5., *&* Rot. *deciſ.* 241. *num.* 1. *par.* 15. *recent.*

2 Cum autem omne Animaduerſionis pondus conſtituatur in eo, quod Poſtulatores omiſerint examen Teſtium omni exceptione maiorum, qui examinari poterant, ante omnia probanda erat in Poſtulatoribus talis poſſibilitas, quæ eſt in ſuppoſito, & nullo modo probatur. Quinimò nec probari poteſt, quia contrarium, nempè examinari non potuiſſe, conſtat ex deductis in reſponſione ad primam Animaduerſionem. Etenim ratione inuiolabilis ſecreti in huiuſmodi Cauſis ſeruandi ad Poſtulatorum notitiam peruenire non potuit ſæpedicta depoſitio Teſtis explorationem Spiritus Seruæ Dei enunciantis; longèque minùs perſonarum nomina, quæ de mandato Emi Archiepiſcopi Toletani illum, an ex Deo eſſet, explorarunt quia nec in dicta depoſitione, nec alibi in Proceſſibus leguntur expreſſa: Quapropter cum voluntas Poſtulatorum ferri non potuerit ad ignorata, hinc non modo nihil probatur contrarij præſuppoſiti, potuiſſe ſcilicèt illas perſonas ad Poſtulatorum inſtantiam examini ſubijci; verùm etiam conſtat (dato, quod tunc temporis tales perſonæ adhuc in humanis ſupereſſent) illud fuiſſe de genere impoſſibilium, ad quæ nemo tenetur ad *Text. in leg. Impoſſibilium ff. de reg. Iur. cap. non poteſt de Reg. Iur. in 6.*

3 Non igitur alijs Teſtibus niſi inductis, & examinatis vti valuerunt Poſtulatores ad habendam illam virtutum Seruæ Dei certitudinem moralem, quę inter homines haberi poteſt, & requiritur in his Cauſis. Inducti verò, & examinati tales ſunt, quibus canonicum non obſtat impedimentum, ac ideò inter idoneos recenſeri debent ad Poſtulatorum intentum: quia quilibet preſumitur idoneus, niſi probetur contrarium, & edictum de Teſtibus prohibitorium eſt, vt quilibet admittatur, qui non repellitur iuxtà regulam Textus *in l.* 1. *ff. de Teſtib.* ibi= *Adhiberi quoque Teſtes poſſunt non ſolùm in criminalibus Cauſis, ſed &c. vbi res poſtulat, & ij quibus non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege à dicendo Teſtimonio excuſantur*, & probat Gloſſa in *cap. Placuit, de Teſtib* verbo *idonei*, Gonzal. *in d. cap. Placuit n.* 8., vbi quod quilibet admittendus eſt in teſtem abſque eo, quod probari debeat illum eſſe idoneum Farinacc. *de teſtib. quæſt.* 53. *n.* 1. Rot. *dec.* 351. *n.* 13. *cor. Ludouiſ.* Et in Cauſis Beatificationum Seruorum Dei Contelor. *de Canoniz. Sanctor. cap.* 25. *n.* 74., & Matthęucc. *in Pract. ad has Cauſas tit.* 5. *cap.* 2. *quoad Teſtes ſub num.* 11. *verſic. Et notandum eſt.* Neque eos docere oportet, Teſtes prædictos eſſe omni exceptione maiores, proùt quoad ferè omnes, vbi opus eſſet, facilè poſſent; cum in Cauſis Beatificationum, & Canonizationum, quamuis regulariter non admittantur Teſtes inhabiles, & non idonei, omni tamen exceptione maiores non requirantur Contelor., & Matthęucc. vbi ſupra, & pluries Rota *in Relationibus eiuſmodi Cauſarum*, de quibus apud dictum Contelor. *ibidem*.

4 Itaque idonei reputandi ſunt Teſtes in hac Cauſa examinati, ex quo nullo Canone, aliaue lege ſpeciali à ferendo Teſtimonio prohibentur. Et quidem

dem percunctatis Teſtibus ſolius Proceſſus Apoſtolici de cunctorum idoneitate debet eſſe ſententia, cuius firmitatem nemo inficias ibit, perpenſo eorumdem Teſtium, tùm numero, tùm qualitate. Vt enim conſtat ex accurato illorum Catalogo relato in *Summario num.*1. Teſtes formiter examinati in eodem Proceſſu Apoſtolico aſcendunt ad ingentem, & effrenatum numerum centum nonaginta octo; Qui ſanè Teſtium numerus nedum eorum ſuppleret defectus, etiamſi per falſam hypotheſim ſinguli exceptiones paterentur ex regula generali, quod numerus ſupplet fidem Teſtium Gabr. *concluſ.6. de Teſtib.* Seraphin. *dec.*340. *num.*7. *& dec.*351. *num.*5. *coram Ludouiſ.* Sed eos facit reputari omni exceptione maiores, vt in longè debilioribus terminis numeri Teſtium, qui ſint vltra tres dixit Rota *in deciſ.*214. *num.*16. *&* 17. *par.*10. *recent.* ibi = *Quatenus Teſtes aliqualem paterentur difficultatem, numerus nedum ſupplet defectus, ſed eos facit reputari, ac ſi eſſent omni exceptione maiores, quod procedit, etiamſi ſinguli exceptiones paterentur, cum ſint vltra tres* = *deciſ.*175. *num.*18. *&* 19. *par.*12. *recent.* ibi = *Non obſtat, quod dicti Teſtes ſint perſonæ pauperes, & viles; Quia præter quod numerus ſupplet huiuſmodi defectus, & facit eos reputari, ac ſi eſſent omni exceptione maiores.*

5 Quod procedit etiam in illis grauiſſimis cauſis, in quibus lex expreſſè ad probationem requirit Teſtes omni exceptione maiores, puta ad effectum reſcindendi Matrimonium contractum ſiuè carnale, ſiuè ſpirituale iuxtà Text. *in cap. In literis* 24. *de Teſtib., & atteſt., & cap.*1., *de conſanguin., & affinit.*, quod ſcilicet numerus ſuppleat hanc qualitatem, vt probant Alex. *conſ.*47. *num.*2. *libr.*2., Dec. *conſ.*163. *num.*14., Natt. *conſ.*161. *num.*11. Rot. *deciſ.*5. *de ſponſalib., & matrim. num.*8. *&* 9. *coram Cæſar. de Graſs.*, *deciſ.*351. *num.*4. *&* 5. *coram Ludouiſ. dec.*289. *num.*2. *par.*1. *diuerſor.*, *& deciſ.*772. *num.*4. *par.*2., *& deciſ.*155. *num.*49. *iuncto n.*58. *par.*6. *recent.*

6 Non minùs quàm numerus probat, ac in tuto collocat noſtrorum Teſtium idoneitatem, illorum qualitas; Quandoquidem duodeviginti ex illis ſunt Sacerdotes ex Clero Regulari diuerſorum Ordinum, vt ex dicto *Cathalogo.* Sacerdotes autem præſertim Regulares dicuntur Teſtes non tantùm idonei, ſed omni exceptione maiores, & ob id maiori fide digni, quàm Laici, Rot. *deciſ.*351. *num.*10. *coram Ludouiſ.* Alij quindecim ortum habent ex clara, & nobili Stirpe, & inter eos aliqui ſunt Patricij Ordinis, vt indicatur in dicto *Catalogo*: Genus autem nobile Teſtis multum auget eius fidem, & quò quiſque eſt nobilior eò magis illi creditur Bald. *il leg. Teſtium num.*36. *C. de Teſtib.*, Tiraquell. *de nobilitat. cap.*20. *n.*33. Rot. *deciſ.* 351. *num.* 14. *coram Ludouiſ.*, *& deciſ.* 155. *num.* 5. *part.*6. *recentior.*

7 Quamplures ſunt literarum ſcientia ornati: Doctoris gradu alij in publica Vniuerſitate inſigniti: Magiſtratum alij geſſerunt; Alij . . . Sed vt quid inanis perditio iſta temporis, & laboris? Cum noſtrorum Teſtium qualitas non obſcurè colligatur ex ipſis Animaduerſionibus, in quibus contra illam duo tantum obijciuntur nempè, quod illorum maior pars conſtituitur ex fœminis naturaliter infirmi iudicij; Quodque plures ſunt Religioſi eiuſdem Ordinis Seruæ Dei, in quibus vrgere inquit aliqualem præſumptionem non leuis affectionis erga illam. Eiuſmodi autem Teſtes, licèt admitti non diffiteatur in his noſtris Cauſis tamen ex modo dictis collocat inter minus idoneos, quos tunc ſolùm admittendos eſſe cenſet, quando ſcilicèt veritas aliter haberi non poteſt, vt in Animaduerſ. §.10.

Ex

8 Ex animaduerſis, inquam, colligitur noſtros Teſtes habendos eſſe non modò pro idoneis, ſed plurimos prò omni exceptione maioribus: Id inquam colligitur ex relato obiecto; Attenta enim iuris regula, quod *Teſtes illi reputantur in Iure, & communiter etiam à Doctoribus omni exceptione maiores, qui nulla legitima exceptione repelli poſſunt*, vt ex Gloſ. in §. *Item verborum*, verbo *idoneos*, Inſtitut. de inutilib. ſtipulat., & Gloſ. in cap. primo, verbo *Maiores* de conſanguinit., & affinit., Cuiac. ad l. 54. C. de contrah., & committend. ſtipulat. Tom.9. Col. 1721. lit. D. E. ibi = *Teſtes omni exceptione maiores ſunt, quibus nil præſcribi poteſt*, Farinacc. de oppoſit. contra Teſtes *quæſt. 62. num. primo*, in aperto eſt, quod præter Teſtes fæminei ſexus, & Viros Religioſos Ordinis Mercenarij etiamſi falſam per hypoteſim iſti cenſeri vellent minus idonei, qui, vt probauimus, idonei ſunt, remanent tamen alij Teſtes quinquaginta duo in cauſa examinati, quorum qualitatibus, & perſonis nil in Animaduerſionibus præſcribitur, ideo juxtà prædictam regulam dicendi ſunt Teſtes omni exceptione maiores.

9 Et propiùs deſcendendo ad Animaduerſionis diſcuſſionem, quod ſcilicèt in hac Cauſa ſit minus idoneum Teſtimonium Mulierum, & Religioſorum Ordinis Mercenarij, neque admittendum, niſi in ſubſidium ſingillatim, & per partes, vt clara, & adequata ſequatur reſponſio de his, quæ obijciuntur agemus; Qua de re ad caput reuocantes Teſtimonia Mulierum indubitatum eſt, ex Iudicio S. Sedis, & Praxi huius S. Congregationis eas Teſtes eſſe idoneas in Cauſis Beatificationis, & Canonizationis, illarumque Depoſitiones, & Dicta vim, & efficaciam probationis habere, ſi nullam aliam, præter ſexus, exceptionem patiantur, vt probauimus *in reſponſione ad priores Animaduerſiones pag. 28. §. 86.*, & præter Mattam, Contelorum, & Matthæuccium tunc allegatos, latè proſequuntur Pignattell. *conſult. 255. per tot. Tom. primo*, Card. de Lauræa in *tertiam ſent. Tom. 4. diſp. 20. artic. 25. num. 1076.*, & nouiſſimè Eminentiſſimus de Lambertinis in egregio opere *de Seruorum Dei Beatificatione, & Beator. Canonization. lib. 3. cap. 6. ſub num. 5., & ſeqq.*

10 Immò hodiè affirmari poteſt, hanc ſexus exceptionem in Teſtibus amplius allegari non poſſe, cum tot illi obſtare videantur res iudicatæ S. Sedis, quot ſunt Cauſæ Beatificationis, & Canonizationis, in quibus ſimilis Animaduerſio deducta fuit, & ſemper poſthabita, & ab hac Sac. Congregatione reiecta per illarum progreſſum, felicemque terminationem, vt notum eſt præſertim ſapientiſſimis Conſultoribus. Eòque minùs in hac cauſa, attentis tribus peculiaribus circumſtantijs in ea concurrentibus. Prima, quod agitur de probandis vita, & virtutibus, non quidem Viri, ſed Seruæ Dei fæminæ, cuius conuerſatio iuxtà ſui ſexus conuenientiam, moremque illi conſentaneum magis frequens fuit cum fœminis, quàm cum alijs, & ideo plurima vitæ Seruæ Dei aliter, quàm per fœminarum teſtimonium probari non poterant. In qua circumſtantia tantùm abeſt, vt à teſtimonio ferendo repellendæ ſint fœminæ tamquam minùs idoneæ, vt potiùs illarum Dicta præcipuum ſibi vindicent locum, Eminentiſſimus de Lambertin. *d. libr. 3. cap. 6. ſub num. 6.*

11 Altera, quod ex fœminis examinatis aliquæ ſunt Religioſæ: aliæ nobilis, & patritij generis, vt ex ſæpedicto Catalogo. Teſtimonium autem Mulierum Deo ſacratarum præferri debet teſtimonio Secularium; Illud verò Mulierum Nobilium præfertur teſtimonio Virorum non nobilium Tiraquell. *de Nobilitate cap. 20. num. 33. poſt med.*, Rot. *deciſ. 351. ſub num. 14. coràm Ludouiſ.*

12 Ter-

12 Tertia, quod præter Mulieres, examinati fuerunt in Proceſſu Apoſtolico ſexaginta ſeptem Viri Teſtes idonei, & omni exceptione maiores, qui in probandis virtutibus Seruæ Dei, eiuſque vitæ Sanctitate, coherent cum Dictis Mulierum, vt patet *ex Summario*. In quibus terminis eò magis firmata, & roborata, magiſque confirmata remanent illarum teſtimonia, quemadmodum in Iudicio Criminali ponderat Farinacc. *de Teſtib. quæſt.* 59. *num.* 26., *& ſeqq.*, & in noſtris terminis in Cauſa virtutum, & etiam Miraculorum; Prælaudatus Eminentiſſimus Lambertinus *dicto lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *in fine*.

13 Eàdem, imò maiori facilitate, qua ſublata eſt Animaduerſio de Teſtibus fœminis, remouetur, & altera de Religioſis Ordinis Mercenarij, qui in teſtificando de virtutibus, & Sanctitate Seruæ Dei eorum Correligioſæ in hac Cauſa eius Beatificationis, aſſeruntur minus idonei ex præſumpta affectione erga illam, remouetur, inquam, difficultas: tum quia in his cauſis admittuntur ad teſtificandum Teſtes ex eadem Religione vt idonei; idque ex regula generali, quod Teſtes de vniuerſitate prò illa admittuntur teſtimonium dicere, quando de eorum ſingulari commodo non agitur Gloſſ. *in l. tantum* §. *Vniuerſitatis ff. de rerum diuiſ.*, *& in l. Idonei ff. de Teſtib.*, Curt. *de Teſtib. concluſ.* 3., Campeg. *eodem Tract. reg.* 99., , & alij communiter; Nec obſtat ſuſpicio affectionis: Illa enim purgatur per iuramentum Teſtis Contelor. *de Canoniz. Sanctor. cap.* 18. *num.* 7. Mattheucc. *in Pract. ad Cauſ. Beatif. tit.* 5. *cap.* 2. *quoad Teſtes num.* 21., Matta *de Canoniz. Sanctor. part.* 4. *cap.* 17., *num.* 11.. Concurrit inſuper præſumptio Sanctitatis, & perfectionis in omnibus Religioſis, ex qua magis præſumitur illos veritatem dicere, & ſic faciliùs ad teſtificandum prò ſuo Religioſo admittuntur; Vt in his terminis ſequitur Ceparius *in Directorio Canonizationis par.* 2. *cap.* 7., & proſequuntur Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.* 18. *num.* 4., *& ſeqq.* Matta *in ſimili Tractat. par.* 4. *cap.* 17. *num.* 13. cum alijs relatis in dicto egregio Opere Eminentiſſimi de Lambertinis *libr.* 3. *cap.* 6. *num.* 13.

14 Tùm quia numerus quindecim Teſtium Religioſorum noſtri Sacri Ordinis quanti numerantur illi examinati in hac Cauſa dicendus eſt minima pars reſpectu omnium Teſtium in eadem examinatorum Authoritate Apoſtolica conſtituentium, vt ſupra diximus, numerum 198. præter alios examinatos authoritate Ordinaria, quorum Depoſitionibus plura ſeorſim à Teſtibus Mercenarijs probantur de Sanctitate Vitæ, & Virtutibus Seruæ Dei: alia à dictis Religioſis ſimul, & Teſtibus exteris probationem habent, de ſufficienti omnium probatione non eſt dubitandum, vt pluribus cumulatis exemplis latè oſtendit, dictus Eminentiſſimus de Lambertinis *in ſæpe allegato libro* 3. *cap.* 6. *num.* 18.

15 Tùm demùm quia prædicti quindecim Teſtes Mercenarij Diſcalceati non ſolùm ſunt idonei, ſed apparent neceſſariò adhibiti ad probandam Sacramentorum, & orationis frequentiam, & alia huius generis exercitia in Eccleſia Sanctæ Barbaræ dicti Ordinis, ad quam ſingulis diebus accedebat, & in ea morabatur, ipſamque inſuper Votorum obſeruantiam; Quorum omnium aliqua dictis ſolis Religioſis poterant eſſe nota, aliqua verò magis illis, quàm extraneis, vt ad rem notant Bordon. *de Miraculis meditat.* 32. *num.* 28., Matthæucc. *in Practica ad Cauſas Beatificat.*, *& Canonizat. tit.* 5. *cap.* 2. *num.* 22., vbi vlteriùs proſequitur, omiſſionem examinis Religioſorum in ſimilibus caſibus ſuſpicionem ingerere quod data opera fuiſſet prætermiſſum, nè imperfectiones aperirent, quas potuiſſent obſeruare in eo, de quo agitur; Id quod ratione, & exemplis aliarum Cauſarum, in quibus de huiuſmodi examinis defectu fuit

oppoſitum latè comprobat Eminentiſſimus de Lambertinis *in Opere*, *libro*, *& Cap. ſæpecitatis num.*15., *& ſeqq.*

16 Vtque PP. Mercenariorum pro tunc peragendo, & poſtea peracto examine idoneitas, atque neceſſitas, tranſeant in euidentiam, opportunum videtur illorum qualitatem, & gradum hoc loco referre, de quibus fit fides in Proceſſu Apoſtolico.

17 Teſtis XXXIII. Sacerdos vitæ exemplaris *Proceſſ. fol.*1507., qui occaſione Domicilij in Conuentu S. Barbaræ plura de Serua Dei vidit *fol.* 1509. *ter.* in fine, & *fol.* 1510.

18 Teſtis LXII. Pater Mercenarius conſultor S. Officij *Proc. fol.* 1880., qui plures per annos communicauit cum Serua Dei, & tractauit de Spiritualibus *Proc. fol.*1884.

19 Teſtis LXVI. Diffinitor Prouinciæ Caſtellæ *Proceſſ. fol.* 1917. *ter.* priùs Fundator, & poſtea Commendator Conuentus S. Barbaræ *fol.* 1919., & ibid. ter. fuit Confeſſarius Seruæ Dei *fol.*1920.

20 Teſtis LXXIV. Fuit Confeſſarius Seruæ Dei *Proc. fol.* 2009. ter.

21 Teſtis LXXXVII. Sacerdos, qui plura vidit de Serua Dei occaſione Domicilij in Conuentu S. Barbaræ *Proc. fol.*2119.

22 Teſtis CVIII. Vicarius Generalis Religionis *Proc. fol.* 2314., Confeſſarius Seruæ Dei aliquot annos, quique explorauit Spiritum Seruæ Dei & plura ab ea accepit *Proc. fol.*2315. *ter.*, *& fol.*2316.

23 Teſtis CXXX. Superior, Commendator nuncupatus, Conuentus S. Barbaræ, iuxtà quem habitauit Serua Dei *Proc. fol.* 2502. *ter.* Confeſſarius Seruæ Dei *fol.* 2504., cui illa adacta præcepto obedientiæ plura Cæleſtium Donorum reuelauit *fol.*2505.

24 Teſtis CXXXVI. Prouincialis Mercenariorum Diſcalceatorum *Proceſſ. fol.*2542.

25 Teſtis CXLIV. Fuit Confeſſarius Seruæ Dei, à qua plura communicata ſunt concernentia eius Spiritum *Proc. fol.*2617.

26 Teſtis CXLV. Superior, Commendator nuncupatus, Conuentus de Ribas *Proc. fol.* 2631. *ter.*

27 CLVIII. Rector Collegij S. Mariæ de Mercede in vniuerſitate de Alcalà de Nenares *Proceſſ. fol.* 2706. *ter.*, fuit Vicarius Conuentus S. Barbaræ, iuxtà quem habitauit Serua Dei *fol.*2707. *ter.*

28 CLX. Definitor in ſua Religione *Proc. fol.*2728. *ter.*

29 Teſtis CLXIII. Sacriſta maior Eccleſiæ ſæpedicti Conuentus Sanctæ Barbaræ *Proc. fol.* 2745.

30 Teſtis CXCII. Prouincialis Prouinciæ Sanctiſſimæ Conceptionis *Proceſſ. fol.*2002. fuit Confeſſarius Seruæ Dei *fol.*3004. *ter.*

31 Teſtis CXCVI. Magiſter in Thelogia, & Concionator, *Proc. fol.* 3054. *terg.*

32 His additur Teſtis II. *Proc. Informat.* Prouincialis Prouinciæ S. Ioſephi Mercen. diſcalc. *Proc. fol.*100. *ter.*; fuit Confeſſarius Seruæ Dei *d. Proceſſ. fol.*101.

33 En, Beatiſſime Pater, PP. Mercenarij, qui in Animaduerſionibus habentur prò minus idoneis ad perhibendum Teſtimonium veritatis in Cauſa Seruæ Dei Correligioſæ; Cum tamen ex deductis conſtet, nedùm de perſonarum idoneitate, ſed etiam de neceſſitate, qua Poſtulatores adigebantur illos inducere ad examen; Quippe qui præ cæteris nouerant, ac propiùs perſpexerant Seruæ Dei vitam, & opera, ſiue quia fuerunt de familia in Conuentu S. Barbaræ, iuxtà quem degit Serua Dei, & in cuius Eccleſia frequens illa fuit, & aſſidua ad orandum: Ad Sacro, ſacriſque functionibus intereſſendum: ad Sacramenta demùm recipiendum;

 dum;

dum; *Siue quia* quamplures ex illis quindecim PP. examinatis in Proceſſu Apoſtolico, & alter Pater *Proc. Informat. compulſ.* audierunt Confeſſiones Seruæ Dei, vt patet ex relato indice; *Siuè demùm*, quia alij plures fuerunt ſuperiores Conuentus, & Eccleſiæ, & aliqui etiam Prælati Religionis, qui dirigebant Dei Seruam ſub illorum obedientia viuentem, & ab eorumdem nutu pendentem.

# *Animaduerſio III.*

A Qualitate Teſtium tranſit Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor ad illorum Dicta, quorum nonnulla circa virtutum actus Seruæ Dei, non ſincerè, ſed cum aliqua affectatione, & exageratione prolata fuiſſe ſuſpicatur: Repetendo notata in *primis Animaduerſionibus pag.* 5. §. 8. reſpectu duorum Teſtium Dicta, nempè primum P. Thomæ Martinez Teſtis LXIV. Proceſ. Informat. in Apoſtolico LXVI., relatum *in Summario pag.* 165. §. 18. ibi = *che tutto il tempo, che conuersò, e trattò con la detta Serua di Dio, mai la vidde commetter peccato mortale, nè veniale &c. che ſe bene S. Paternità la confeſsò alcune volte non trouò mateteria, ſopra la quale doueſſe cadere l'aſſoluzione &c.*, & alterum P. Petri de Matre Dei Teſtis CXLIV. Proc. Apoſt., de quo in *Summario pag.* 164. in initio vbi narrat, quod Serua Dei *non ſolamente conſeruò la grazia batteſimale, che fù vna delle anime più pure, e nette dal peccato, che S. Paternità abbia conoſciuto, nè letto in vita de Santi in molti ſecoli, e ſe foſſe lecito dire il maggior peccato, che S. Paternità aueua conoſciuto in queſta Serua di Dio, le pare, che con riferirlo rimarria ben ponderata la purità, che queſta Serua di Dio conſeruò nella ſua Anima tutto il tempo di ſua vita, & il grand'odio, che aueua à qualſiuoglia ſorte di peccato per leggiero, che foſſe.* Additque in præſenti, quod quamuis ad illa plenè vindicanda à quacumque exagerationis nota per nos in *Reſponſionibus pag.* 35. *& ſeqq.* deducta eſſet diſtinctio de Venialibus perfectè deliberatis, & de ijs ſine plena aduertentia commiſſis, itaùt ſupradicta Teſtium Dicta intelligi deberent de exemptione Seruæ Dei à venialibus primæ ſpeciei, non verò ab omnibus; de hac tamen diſtinctione obijcit non ſatis conſtare *in Summ.*, & potiùs contrarium deduci ex relatis Dictis; Imò etiam exageratæ puritati conſcientiæ Seruæ Dei reſiſtere Dictum Teſtis CXXXIII. *Proceſſ. Informat. Summario pag.* 167. §. 26. aſſerentis, quod = *Confeſsò molte volte la Serua di Dio, & appena trouaua in lei colpa di conſiderazione, che daſſe materia di aſſoluzione*, vt in Animaduerſionibus §. 11.

# *Reſponſio.*

1 DIcta Teſtis CXLIV. Proceſs. Apoſt., & Teſtis LXIV, Proceſs. Informat., quæ ſiuè affectationis, ſiuè exagerationis vitio in præmiſſa animaduerſione ex deſumptis à primis Animaduerſionibus notantur, abundè, & per plura ab impictis defectibus vindicata noſcuntur in noſtris *Reſponſionibus pag.* 31., *& ſeqq.*, nempè dictum Teſtis CXLIV. examinatur, & ab omni nota immune oſtenditur dicta *pag.* 35. *à* §. 2. *vſque ad octauum incluſiuè*; Dictum vero Teſtis LXIV. *pag.* 37. *à* §. 9. *vſque ad* 30. Plura autem ibi dedcuntur ad oſtenſionem veritatis, quæ etſi in *Animaduerſionibus* elaborata dicantur, tamen cùm (vno exce-

pto)

pto) prætereantur ſilentio, nihil apparet, propter quod attendi nequeant. Cum autem inter tot reſponſiones ibi datas, dixerimus præterea, quod puritas Animæ Seruæ Dei, de qua adducti in Animaduerſione Teſtes CXLIV., *che fù vna delle Anime più pure, e nette dal peccato, che S. Paternità abbia conoſciuto, ne letto*: & LXIV., *che mai la vidde commettere peccato mortale, ne veniale*: Quod ejuſmodi puritas, inquam, quatenus opus foret, intelligenda eſſet immunis à venialibus ex propoſito plenèque voluntarijs, non autem de ijs ſinè plena aduertentia, & perfecta deliberatione ſecundùm de jure diſtinctionem Peccatorum venialium: Cum ergo inter tot alias reſponſiones id quoque dixerimus; objicit nunc Reuerendiſſimus *D.*Promotor, quod hoc non ſatis clarè conſtet in *Summario*.

2 Verùm enim verò ejuſmodi venialium diſtinctionem petendam eſſe ex *Summario* nulla ratione probatur; Sed benè ex juris diſpoſitione, quæ multiplici ex capite facit ad Poſtulatorum intentum prò agnoſcenda veritate prædictæ diſtinctionis. Quando enim verba Teſtium generaliter intellecta inducerent aliquod abſurdum, ſunt diſtinctione, & diuiſione adjuuanda, *Monticell. in Repertor. de Teſtibus, tit.* Teſtium dicta qualiter interpretentur, *pag.*296. *col. prima* §.6. *inter Tract. Magn. Tom.*4., *Rot. coram Pen. deciſ.*194. *num.*2., *&* 3. Hinc ſuprarelata utriuſque Teſtis Dicta plenè vindicantur à quacumque nota exagerationis ope præfatæ diſtinctionis, quam verba rectè admittunt; Nam alter prædictorum Teſtium loquitur de illa puritate excluſiua peccati, quam habuerunt puriores Sancti, quorum Teſtis notitiam habebat, & benè procedit diſtinctio tàm reſpectu Seruæ Dei, quàm Sanctorum, quorum ſimilitudinem exhibebat; Alter, quod prò tempore, quo tractauit cum Serua Dei, nunquam illam viderit committere peccatum mortale, nec veniale, & pari modo admittenda eſt ſæpedicta diſtinctio; Aliàs illa, quæ in Animaduerſionibus dicitur exagerata puritas, admittenda eſſet etiam reſpectu aliorum Sanctorum, quibus Seruam Dei ſimilem fecit in puritate.

3 Facit inſuper conſideratio Iuris eliminans a Teſtibus quamcumque vitioſam exagerationem, illa nempè, quod quamuis Teſtes loquerentur per verba indefinita, ſuper puritate conſcientiæ Seruæ Dei à mortalibus, & à venialibus, & indefinita locutio legaliter accepta, in multis æquipollet propoſitioni uniuerſali; eorum tamen Dictum non æquipolleret vniuerſali, ſed intelligendum eſſet prò particulari propoſitione, exemptionis ſcilicèt Seruæ Dei à mortalibus, & à venialibus in propria verbi ſignificatione acceptis, nempè venialibus plenè voluntarijs, & verè deliberatis, non autem etiam à venialibus deſtitutis perfecta aduertentia; nàm regula illa, quod indefinita propoſitio æquipolleat uniuerſali, fallit in Dicto Teſtis, in quo ſemper intelligitur particularis, ut plenè probauimus in noſtris *Reſponſionibus pagin.*35. §.3., *& ſeqq.*, vbi diffusè alia plura deducta ſunt ibidem legenda, nè prolixa repetitione faſtidio ſimus Sapientiſſimis Conſultoribus.

4 Vindicatis Teſtium Dictis ſuper puritate conſcientiæ Seruæ Dei à quacumque affectationis, & exagerationis nota, longè faciliùs vindicatur ipſa puritas ab impugnatione eruta ex Dicto Teſtis CXXXIII. Proceſs. Informat. juxtà tenorem relatum in Summario pagin.167. §.26., & in Animaduerſione ibi = *Confeſsò molte volte la Serua di* Dio, *ed appena trouaua in lei colpa di conſiderazione, che daſſe materia di aſſoluzione*. Vindicatur, inquam, perpenſis ſupradictis cum alijs verbis ejuſdem Teſtis illa

immediate ſequentibus, legendis in eodem Summario ibi = *perchè fù tanta pura, e perfetta Creatura, che giammai ſe li conobbe commettere peccato mortale, e come hà detto, appena glie lo trouauano veniale, e così come tanto perfetta, e grata agl'occhj di* Dio, *l'onorò* S. D. *Maeſtà mentre viſſe, che tutti generalmente la teneuano per Santa &c.*

5 Siquidem ex verbis illis = *appena trouaua in* Lei *colpa di conſiderazione, che deſſe materia di aſſoluzione* = primo modo ſumptis, nullum oriri poteſt argumentum culpæ grauis in Serua Dei, quia Teſtis non dicit generalitèr, & in abſtracto = *colpa di conſiderazione* = quæ poſſet forſan accipi prò veniali graui, ſed reſpectu materiæ requiſitæ prò validitate abſolutionis in Sacramento Pœnitentiæ = *che deſſe materia di aſſolutione* = affirmans, quod peccata per Seruam Dei confeſſa talis erant leuitatis, quæ vix conſiderari ad id poſſent materia ſufficiens.

6 Longè minus ſumptis illis verbis *trouaua in Lei colpa di conſiderazione* in contextu cùm ſuprarelatis ſubſequentibus = *fù tanta pura, e perfetta Creatura, che già mai ſe li conobbe peccato, mortale, e come hà detto appena glie lo trouauano veniale* =; Quoniam hæc omnia plane declarant, nobiſque oſtendunt, quod Teſtis Confeſſarius = *per colpa di conſiderazione* = non intellexit niſi culpam venialem: Venialem quidem, non tamen ex illis cum plena aduertentia commiſſis, ſed venialem culpam vix conſiderabilem pro materia ſufficienti ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ, ex illarum ſcilicet genere culparum, quas tantummodò plures alij Confeſſarij Seruæ Dei in illa cognouiſſe, & reperijſſe affirmant, non autèm alias culpas = *nè mortale, ne veniale di conſiderazione* = *Summario num.*22. *pag.*163. §.10. = *Non aueua nè meno vn peccato veniale d'auertenza* §.11. = *mai trouò materia conoſciuta, ſe non peccati di ſorrezzione &c. ma che avvertito pienamente non trouò peccato veniale neſſuno*, §.14., *non fece peccato mortale, nè veniale graue di conſiderazione* §.17.. *mai la vidde commettere, nè confeſsò peccato mortale, nè veniale di conſiderazione* §.19., *mai li confeſsò di auer commeſſa colpa mortale, nè veniale graue; ne meno piccola volontariamente* §.21., *giamai commiſe peccato mortale, e che nelli veniali andaua con molto riguardo, anelando ſempre alla maggior perfezzione* §.23., *giamai conobbe nella detta Confeſſione, che la ſopradetta aueſſe peccato mortale, nè veniale, che fuſſe graue, nè abituato* §.25., *in tutta la ſua Vita non l'arguì la coſcienza di peccato mortale, nè meno peccati veniali, è andata ſempre con riguardo* §. 28.

# *Animaduerſio IV.*

DEſcendit deinde Reuerendiſſimus D. Fidei Promotor ad Teſtium contrarietates in eorum Dictis, quæ jàm tùm in præteritis Animaduerſionibus *pag.*6., *& ſeqq.* deductæ noſcuntur; & de illa dumtaxàt objicit in eo, quod reſpicit actus Pœnitentiæ à Serua Dei exercitos, ex quo Teſtis CXCI. Proceſſus Apoſtolici relatus in *Summario pagin.*234. §.24. aſſerit illorum continuationem non obſtantibus Corporis Infirmitatibus; Alij verò plures affirmant, Seruam Dei cauſa dictarum Infirmitatum ſe omninò à pœnitentijs abſtinuiſſe, & abſtinere debuiſſe, *vt in Animaduerſion.* §. 12. Conciliationes verò, & interpretationes omnibus prædictis per Poſtulatores datas *in Reſponſionibus pagini* 66., *& ſeqq. à num.*72 *ad* 104. Dominus Promotor euertere conatur pluribus deductis *in Animad-*

*maduerſion:* §.13. *ad med. verſic. Et primo*, *&* §.14., ex quibus concludit non adhuc ſatis depulſas videri oppoſitas circa probationes difficultates.

# Reſponſio.

1 NON plus quàm ſex contrarietatum præteritæ Animaduerſiones arguunt Dicta ferè innumera noſtrorum Teſtium; At verò Poſtulatores illas, quæ videbantur contrarietatum aſperitates, facerè curarunt in vias planas Reſponſionibus cumulatim datis *pagin.* 45. *ad* 77. *à num.*2. *ad* 105., quibus oſtenditur; Teſtes inter ſe concordare, nedùm inter ſe non diſſentire: & profectò de prioribus quinque hanc veritatem clarè admittere videtur vel ipſe Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor, qui in *nouis Animaduerſionibus* de vnica contrarietate incuſat, de ſexta nempè quoad actus Pœnitentiæ per Seruam Dei exercitos etiam tempore ejus infirmitatum, relata in præmiſſa Animaduerſione.

2 Hujus igitur aſſertæ contrarietatis Sermonem inſtituentes, præmittimus, quod etiamſi Poſtulatores vim veritati inferendo, in illa conuenire vellent, nihil tamen, nè unum quidem deficeret probationum plenitudinis circà virtutum actus abundè apparentes ex relatis *in Summario* hujus Cauſæ, ex quo Poſtulatores, graui ſuſcepta cura, magnoque aſſumpto labore illos ſummatim collegerunt in unum, & Sapientiſſimorum Conſultorum fidelibus oculis expoſuerunt in Reſponſione ad primas Animaduerſiones *à pag.*4., *& ſeqq. vſque ad pag.*26. §.79.; & rurſus quaſi per indicem *à pagin.*78. §.3. vſque *ad pagin* 83. §.26., ubi inſuper eorumdem actuum heroicitas oſtenditur; Nihil inquam deficeret probationum circà virtutum actus etiamſi per falſam hypotheſim ſubſiſteret Teſtium concontrarietas in Animaduerſione deducta; Quia dato fine veri præjudicio, quod magis ſtandum eſſet Teſtibus numero pluribus, qui deponerent de ceſſatione Seruæ Dei ex Medicorum conſilio à pęnitentijs ob ſuperuentas Infirmitates, quam Teſti CXCI. in eo, quod deponit de Seruæ Dei pęnitentijs etiam in tempore illius Infirmitatis, Poſtulatores inter mille Dictorum millia tot Teſtium numeri verè effrenati, quem recenſuimus, eructantium verbum bonum de Virtutibus Seruæ Dei, illud unicum Dictum Teſtis CXCI., quod Serua Dei, licet infirma, carnem macerauit in prædicta hypotheſi fidem non mereretur, indeque Poſtulatores deficerent in probatione afflictionum Corporis Seruæ Dei tempore ejus Infirmitatum; An autem ejusmodi à Carnis mortificatione abſtinentia ſit in Aſçeta rationabiliter repræhenſibilis, & aliquo modo heroicitatis fulgorem obumbrans, dijudicent præſtantiſſimi Suffragantes, quorum nec vnus (ut indubiè nobis pollicemur) pęnitentiarum uſum expoſcet in hac cauſa prò tempore Infirmitatum Seruæ Dei, de qua illud ſimile dici poteſt, quod S. Gregorius de ſe ſcribit ad Maximilianum = *Multum jàm tempus eſt, quo ſurgere de lecto non valeo, nàm modò podagræ dolor cruciat, modò neſcio quis in toto Corpore ſe ignis cum dolore expandit, & fit plerumque, vt vno in me tempore ardor cum dolore affligat, & corpus, animuſque deficiat.*

3 Quin etiam Seruæ Dei infirmitates fuiſſe longè grauiſſimas narrant noſtri Teſtes, vt in *Summario num.*29. *ſub* §.21. §.22., *&* 23., *ſub* §.25. 30. 57., *&* 58., & pluriès ſub *num.*301, & infra ſub Inſpect.III. de Releuantia à §. *Admittitur per R. D. Fidei Promotorem morborum tolerantia, cum*

plu-

*pluribus ſeqq.*, vbi inuictam eius Patientiam, & ſingularem æquanimitatem in illis perferendis admiraſſe teſtantur. Quod ſi quis plura deſiderat de infirmitatibus Seruæ Dei, reaſſumere non grauetur priores *noſtras Reſponſiones*, in quibus *pag.*216. §.9. illarum qualitas recenſetur.

4 Itaque cum ad nihilum animaduerſa contrarietas recidat, videretur non vlterius fore in illa immorandum, ſed quia, vt dicamus, quod res eſt, Dicta Teſtium, quæ Animaduerſiones inter ſe contraria oſtendere contendunt, nequaquam contraria ſunt; hac ideò conſideratione compulſi, nè quid intactum relinquamus, vt teſtimonium perhibeamus veritati, ad illa examinanda deſcendimus. Verùm enim verò, etsi noſtræ reſponſiones à *pag.*66. §.72. *vſque ad pag.*76. §.105. Teſtium Dicta non eſſe inter ſe contraria probent: & ad hanc rem plus etiam ſatis; tamen vt illa eadem Teſtium Dicta contrarietatis incuſata, & à contrarietate ſemel vindicata, iterùm atque iterùm contraria non eſſe ex facili demonſtrentur, & Poſtulatorum ſtudium, atque labor quoad omnem ſui partem non ſit irritum; ſingillatim illa adducemus.

5 Tanquam in ſignum, cui contradicitur, videtur poſitum Dictum Teſtis CXCI. Proceſſ. Apoſt. affirmantis = *Che non oſtante l'infermità, che patiua la detta Serua di Dio, che erano molto penoſe, sò la Teſtimonia, che lei s'eſſercitaua in far penitenze fino a ſparger ſangue, perche alcune volte vedeua nella ſua Cammera sbruzzature di ſangue nelle mura, che manifeſtauano quello, che hò detto* = relatum in noſtro *Summario pag.*234. §.24.; Quandoquidem Animaduerſionis conſilia eò diriguntur, vt præfatum Teſtis Dictum deſtruant ex alijs aliorum Teſtium depoſitionibus, qui abſolutè aſſerere prætenduntur, quod Serua Dei poſt ſuperuentas infirmitates incapax fuerit Corpus ſuum affligendi Ciliciorum, & flagellorum vſu, alijſque pœnitentiarum exercitijs.

6 Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor igitur ſub §.13. *Animaduerſionum verſic. & primo*, Teſtis CXCI. Dicto, quod modo retulimus, aduerſari contendit plures Teſtes aſſerentes, quod Serua Dei poſt ſuperuentas infirmitates = *Era incapace &c. era totalmente impoſſibilitata di far penitenze* = & vt plurimùm pro ſcientiæ cauſa allegantes, vt ſupponit, ſtatum Infirmæ iuxtà Medicorum conſilium, & ipſam morborum qualitatem; Iſtorum autem Dictum omninò præualere debere inquit Dicto Teſtis CXCI. vnici, & ſingularis, & meliorem ſcientiæ cauſam non allegantis.

7 Ex Teſtium verbis relatis, nulla quippè diſcordia inter illos, & Teſtem CXCI. emergere dignoſcitur. Vt autem, quod aſſerimus, veritatis argumentis pateſcat, notare oportet, quod tres ſunt Teſtes, ex quorum Dictis Animaduerſio vrget, nempè tres Teſtes *Proceſſ. Informatiui* I., LXVIII., & CVII. in noſtro *Summario* relati: ijdem illi, quorum Dicta examinantur in noſtris Reſponſionibus nempè Teſtis I. *pagin.*67. *à* §.76. *ad* 81., Illud Teſtis LXVIII. diſcutitur *pag.*71., *& ſeqq. à* § 88. *ad* 93., Dictum demùm Teſtis CVII. ad examen reuocatur *pagin.*73., *& ſeqq. à* §.93. *vſque ad* 99., ad quæ loca ſufficeret remittere Sapientiſſimos Suffragantes pro adæquata reſponſione, cùm nihil, nè vnum quidèm obijciatur, cui factum ſatis non ſit in dictis reſponſionibus. Vt autem magis & magis appareat, noſtras probationes immeritò notari vitio contrarietatis, iterùm non iam ſolùm de animaduerſis verbis, ſed de eorumdem Teſtium Dictis, ex quibus talia verba excerpta ſunt, etiàm agere oportet, vt rectum de illis proferri valeat judicium: quia iuxtà vulgatam regulam judicare non licet, niſi tota lege perſpecta; *Inciuile*

*eſt,*

*eſt*, ait Celſus *in l.24. de legib.*, *niſi tota lege perſpecta*, *vna aliqua particula eius propoſita*, *iudicare*, *vel reſpondere*.

8 Depoſitiones autem enunciatorum Teſtium ſuper re, de qua in præſenti animaduertitur, in hunc locum ex Summario tranſcribimus, vt clarior ſit Reſponſionis methodus, & facilius de re controuerſa judicium.

9 Pater Bartholomæus de S. Ioſepho Mercenarius Diſcalceatus I. Teſtis Proceſſus Informatiui *Summario pagin.*234. §.25. ſuper 10. articulo de penitentijs Seruæ Dei hæc habet = *Non la conobbe* ( Dei Seruam ) *ſin da dodici anni*, *ed in queſto furon tante le ſue infermità*, *ed indiſpoſizioni*, *che per ordine delli Medici ceſſauano le penitenze*, *perche il Soggetto era tanto debilitato*, *che era incapace di eſſe &c.*, *e con tutto queſto pigliaua animo a mortificarſi quanto poteua*, *& il Teſtimonio gli trouò vn cilizio con certe punte di ferro*, *ed vna Croce di legno con punte di ferro*, *& vn Cappottino di due falde di Cardi*, *che la detta Serua di Dio teneua per vſo delle ſue penitenze &c.*

10 Tantùm porrò abeſt, vt relatum Dictum I. Teſtis dici valeat contrarium alteri Teſtis CXCI. affirmantis = *Che non oſtante l'infermità*, *che patiua la detta Serua di Dio*, *che erano molto penoſe*, *sà la Teſtimonia*, *che lei s'eſercitaua in far penitenze fino a ſparger ſangue* = vt etiam inter ſe valde conuenire, & concordare videantur. Quandoquidem Primus Teſtis per verba illa in Animaduerſione relata = *Il Soggetto* ( Corpus Seruæ Dei ) *era tanto debilitato*, *che era incapace di penitenze* = teſtatur de incapacitate exercendi penitentias contracta ob infirmitates, non totalitèr, & abſolutè accepta, ſed reſpectiuè ad priorem ſtatum integræ valetudinis, itaùt ab eiuſmodi ægri Corporis ſtatu non excludat omne pœnitentiarum exercitium, ſed illud vt priùs iuxtà verba, quæ proximè ſequuntur = *e con tutto queſto* =, quod ſcilicet Corpus Seruæ Dei eſſet viribus fractum = *pigliaua animo a mortificarſi quanto poteua* =. Quibus verò pœnarum Inſtrumentis Serua Dei Corpus ſuum etsi ægrum nouiſſimo tempore pro poſſe affligeret, recenſet idem Teſtis deponens = *Et il Teſtimonio gli trouò vn cilizio con certe punte di ferro*, *& vna Croce di legno con punte di ferro*, *& vn Cappottino di due falde di Cardi*, *che la detta Serua di Dio teneua per vſo delle ſue penitenze*,

11 Non equidem apparet aliqua contrarietas inter modò relatum Primi Teſtis Dictum, & illud Teſtis CXCI. Sed tamen mira conſonantia: Primus enim loquitur in genere, quod Serua Dei, etsi ægro eſſet corpore, certè, quantum in ipſa erat, ſibi non parceret in carnis maceratione; Alter hoc idem affirmat pariter in genere = *Che non oſtante l'infermità*, *che patiua &c.*, *s'eſercitaua in far penitenze* = & vlteriùs deſcendit ad ſpeciem, quod ſcilicèt ſeipſam flagellis cæderet, & quidem cæderet ad ſanguinis vſque effluxum, quo etiam parietes conſperſi viderentur = *S'eſercitaua a far penitenze fino a ſparger ſangue*, *perche alcune volte vedeua nella ſua Camera sbruzzature di ſangue nelle mura*, *che manifeſtauano quello*, *che hà detto* = *Summario pagin.*234. *ſub* §.24.. Cum igitur vterque Teſtis affirmet in genere, quod Serua Dei, quanquam infirma, Corpus tamen ſuum macerauerit penitentijs, alter verò ex illis etiam affirmet de ſpecie pœnitentiarum, nempè flagellationibus, quibus Serua Dei Corpus ſuum affligebat, tantùm abeſt, vt dici poſſint inter ſe contrarij, vt reuerà, niſi huiuſmodi flagellationes recenſeamus vice pœnitentiarum, inter ſenſibilia Corporis blandimenta, reuerà, vt dicebamus, concordent, & conueniant in ſubſtantia vſus penitentiarum etiam de tempore Infirmitatum ad notata per Farinac. *de Teſtib. quæſt.*65. *num.*11., *Rota deciſ.*147. *num.*14.

*num.14., & 19. part.1. deciſ.533. num.5. part.4. tom.2., deciſ.267. num.3. part.8., & deciſ.188. num.6. part.18. rec.*

12 Ad inſtitutum ergo redeundo, & agendo de alijs Teſtibus, qui contrarij dicuntur ſæpedicto Teſti CXCI., & iuxta ordinem obiecti, quod præmiſimus occurrit P. Ioannes à S. Ioſepho Mercenarius Diſcalceatus Teſtis LXVIII., cuius Dictum refertur in *Summario pagin.235.* §.34. ibi = *Che il tempo, che conobbe la Serua di Dio furon tante, e coſi graui le ſue Infermità, che faceua troppo in ſopportarle, di ſorte che era impoſſibilitata di poter fare penitenze &c.*; Quonam verò modo ſciret Teſtis, quod Serua Dei = *Era impoſſibilitata di poter fare penitenze* = poſtea declarauit in Proceſs. Apoſtolico, in quo eſt Teſtis CVIII., & fol.2325. ſuper artic.28. dixit = *Che riſpetto alle grand' Infermità, che patiuà queſta Serua di Dio tutto il tempo, che il Teſtimonio la conobbe, e trattò, GIVDICA che ſtaua impoſſibilitata di far penitenza, poiche lo era molto grande quella, che faceua in ſopportare con pazienza le ſue Infermità &c.*

13 Quod Seruæ Dei ratione Infirmitatum fuerit impoſſibilis vſus pœnitentiarum in Corporis caſtigatione nullo modo probatur ex relato Teſte deponente de eius iudicio, & credulitate = *giudica, che ſtaua impoſſibilitata di far penitenze* = Quoniam dicta verba ſicut important ſimplicem opinationem non excludentem illarum poſſibilitatem, ita nullam inuoluunt contrarietatem cum Dicto Teſtis CXCI., vt ad rem Pax Iordan. *tom. 3. lib. 14. tit. 18. de Teſtib. num.1133.* Campeg. *de Teſtib. Regul.* 210., Io. *eod. Tract. part. num.123.*

14 Eòque minùs perpenſa ratione per Teſtem allegata dictæ impoſſibilitatis = *perche lo era molto grande quella* ( pœnitentia ) *che faceua in ſopportare con pazienza le ſue Infermità &c.* = ; Quia talis ratio præcisè non excludit in illo morborum ſtatu carnis macerationes, ſed excludit ex mera Teſtis credulitate arbitrantis, quod Serua Dei acerbis affecta ægritudinibus, Corpus ſuum non macerauiſſet, ex eo quod magnam exercebat pœnitentiam, dum infirmitates ſuas æquo ferebat animo; Cum autem Teſtis id tantùm crederet ex quodam motu animi, reuerà tamen neſciebat, an macerationes Serua Dei Infirma intermiſerit: quocirca tale Dictum de mera credulitate habens ſe ad eſſe, & non eſſe, & ad poſſibile, non autem ad neceſſe, nunquam contrarium eſſe poteſt Dicto Teſtis CXCI. reddentis manifeſtam rationem ſcientiæ exercitij pœnitentiarum, & præcisè flagellationum ad ſanguinis vſque effuſionem, etiam tempore infirmitatum; Farinacc. de *Teſtib. quæſt.68. num.62., & ſeqq.*, ſed hoc Dictum præualere debet; Veriſimilitudo enim cedit veritati, cui præiudicari non poteſt ab Teſtium opinione, & credulitate Cap. Bertoldus §.Licet, de re judicat., diffusè Cardinal. Mantic. *de conjectur: vltim: libr:12. tit.17. ſub numer.4., & 5.*

15 Supereſt, vt videamus de tertio Teſte, qui eius verbis in obiecto indicatis = *era totalmente impoſſibilitata di far penitenze* = aſſeritur contrarius ſæpè relato Dicto Teſtis CXCI. Ille eſt P. Petrus à Matre Dei Mercenarius Diſcalceatus Teſtis CVII. relatus in *Summario pag.237.* §.42., vbi intrgrum eius Dictum ſic legitur = *Che come Confeſſore, che fù di queſta Serua di Dio, gli communicò la ſopradetta le gran penitenze, che ſi aueua eſercitato nella ſua giuentù, cioè cilizj, diſcipline, ed altri eſſercizj penoſi, e nella ſua maggior età arriuò a ſtare la detta Serua di Dio totalmente impoſſibilitata per le ſue grand' Infermità, è così non poteua occupare in ſimili eſſercizij, poiche il ſopportare li mali, che patiua era la maggior penitenza, che poteſſe fare* = ; Huic autem Dicto addendum eſt aliud poſteriùs eiuſdem P. Petri à Matre Dei Teſtis CXLIV. Proceſſ. Apoſtolici, in quo inter-

terrogatus ſuper 28. Artic. de macerationibus carnis Seruæ Dei reſpondit, vt in dicto Proc. fol. 2626. ter. = *Dopo che Sua Paternità la conobbe, non giudica, che la ſopradetta ſtaſſe in diſpoſizione di poter fare penitenze, e non oſtante queſto, hà inteſo Sua Paternità, che faceua alcune, quando li ſuoi Confeſſori gli dauano licenza &c.*

16 Exponendo Dictum, ſeù Dicta huius Teſtis, facilè perſpicitur eum ſine certa ſcientia, ſed tantùm, vt de altero Teſte diximus, iuxtà propriam credulitatem, & opinationem, depoſuiſſe, quod Serua Dei poſt contractas Infirmitates deuenerit ad ſtatum, in quo erat impoſſibilis vſus pœnitentiarum, ideoque nil certi concludere, quod conſiderari poſſit contrarium Dicto Teſtis CXCI.; quin potiùs eoſdem Teſtes intèr ſe conuenire. Vt enim cuique legenti patet, dictus Teſtis P. Petrus à Matre Dei agendo de impoſſibilitate Seruæ Dei Infirmitatibus fractæ proprium corpus caſtigandi pœnitentijs, non modò loquitur de proprio iudicio, & opinione, eademque reddita ratione ſcientiæ, ſicut deponit Pater Ioannes à S. Ioſeph alter Teſtis, de quo actum eſt proximè ſupra §. *Ad inſtitutum ergò*, & ideò ad germanam Dictorum huius Teſtis interpretationem adamuſſim congruunt ea, quæ paulò ante §. *Quod Seruæ Dei, & ſeq.* in examine illius depoſitionis deduximus; ſed præterea ità ſe explicat tùm in primo Dicto Proceſſ. Informat., tùm in ſecundo Proceſſus Apoſtolici, vt planè oſtendat, intelligi debere de impoſſibilitate in illo Infirmitatum ſtatu carnem macerandi pœnitentijs, non abſolutè accepta, ſed reſpectiuè ad iuges pœnitentiarum rigores, & aſperitates, quibus Serua Dei in adoleſcentia, florentique valetudine viriliter ſe dederat, ita vt illarum aliquas non excludat, ſed præſupponat, per Seruam Dei etiam cùm ægrotauerit, fuiſſe ad actum deductas; imò verò inquit, quod = *non oſtante queſto* (ſcilicèt Infirmitatibus Seruæ Dei) *hà inteſo ſua Paternità, che faceua alcune* (penitenze) *quando li ſuoi Confeſſori gli dauano licenza &c.* = Ergò dùm Teſtis deponit, quod Serua Dei, quanquàm eſſet infirma, à nonnullis tamen pœnitentijs ſibi non parcebat, tantùm abeſt, vt conſiderari poſſit contrarius Teſti CXCI. affirmanti, quod Serua Dei licèt morbis impediretur, Corpus nihilominus ſuum flagellationibus caſtigabat, vt valdè alter alteri conſentaneus appareat, vt diffusè hæc eadem Teſtium Dicta examinando, etiam oſtendimus in noſtris *reſponſionibus pag.* 73., *& ſeq. à* §. 93. *vſque ad* 99. excluſiuè, vbi alia plura, ad quæ ibi dicta remiſſiuè nos habemus, nè crambem recoquere videamur.

17 Ex deductorum contextu dijudicent ſapientiſſimi Suffragantes, an in irritum cedere debeat Poſtulatorum labor impenſus in vindicando à contrarietate Dicta Teſtium in Animaduerſionibus relata, vt prò conſtanti, & perpetua veritate habeatur Dictum Teſtis CXCI. = *Che non oſtante l'Infermità, che patiua la Serua di Dio, e che erano molto penoſe, sà la Teſtimonia, che lei s'eſercitaua in fur penitenze fino a ſparger ſangue, perche alcune volte vedeua nella ſua Cammera sbruzzature di ſangue nelle mura, che manifeſtauano quello, che hà detto &c.* =; Cùm illa inter ſe conuenientia, nedum à contrarietate immunia probata ſint. De cætero contrarietatem inter Teſtes vitandi gratia, eorumdem Teſtium Dicta benignè interprætanda eſſe, ac etiam coadiuuanda, & intelligenda quominus ſint contraria, docent *communit. in cap. Cum Tu extr. de Teſtib.*, Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 31. *num.* 2., Monticell. *de Teſtib. rubric. Teſtium Dicta qualiter interpretent. verſ.* 23., *& ſeq.* Farinac. *de Teſtib. quæſt.* 65. *part.* 2. *num.* 37., *&* 92.

18 At verò Teſtis CXCI., inquit Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor, vnicus eſt, & ſingularis, & meliorem, quàm alij Teſtes, ſcientiæ cauſam

 non

non allegat, ideò plurium Teſtium Dicta illi præualere debent. Imò enunciati Teſtis Dictum præ cæteris attendendum eſſe ex iam deductis affirmant Poſtulatores; Vtque quod clarum eſt, clareſcat amplius, primùm ante oculos ſuos ſapientiſſimi Conſultores proponant rationem Dicti huius Teſtis: rationem, inquam, ab eo redditam de ſcientia flagellationum etiam de tempore Infirmitatum = *Perchè alcune volte VEDEVA nella ſua Cammera sbruzzature di ſangue nelle mura, che manifeſtauano quello, che hà detto* =, rationem, inquam, illam de viſu ſigni, ſeù inditij indubitati *sbruzzature di ſangue nelle mura*, actus ſui natura latebris commiſſi, nec non & rationem impoſſibilitatis pœnitentiarum, quam Teſtes in Animaduerſionibus prò contrarijs proclamati reddunt, eorumque iudicio deſumunt à moleſtis Seruæ Dei Infirmitatibus = *giudica, che ſtaua impoſſibilitata di far penitenze, poiche lo era molto grande quella, che faceua in ſopportare con pazienza le ſue Infermità &c.*, vt in §. *Ad inſtitutum* in fine, & alibi ſupra, & quam importare meram Teſtis credulitatem, & opinionem, non verò ſcientiam, & certitudinem intermiſſarum carnis macerationum latè probauimus. Dictum autem Teſtis regulatur à ratione, quæ illud ſaluat, vel deſtruit, vel explicat, vt benè dixit Rota *in deciſ.*78. *num.*13., *& deciſ.*105. *num.* 4. *coram Vbago*, *vbi concordantes*; Deindè animo præſtantiſſimi Patres recogitent, quod Teſte vno certò affirmante, Seruam Dei quamuis Infirmam, corpus tamen ſuum maceraſſe, ſi plures alij, etiam mille negent, & negatiuam non coarctent, rei veritatem non attingunt, ac nihil ponunt in eſſe, ideoque ille vnus Teſtis affirmans longè plus valet, quàm alij mille, vt probauimus in *noſtris Reſponſionibus pag.*72. §. 91. *per totum*.

19 Tum etiam illud conſiderent oportet Teſtis CXCI. Dictum reſpectu aliorum Teſtium prædictorum nequaquam dici poſſe ſingulare ſingularitate obſtatiua in ſe continente Teſtium contrarietatem, vt in Teſtibus Suſannæ, quàm ex ſuperiùs deductis non eſſe inductam probamus; Sed ſingulare ſingularitate adminiculatiua, illa nempè orta ex Teſtibus, qui licèt loquantur per diuerſas propoſitiones, vna tamen alteram coadiuuat, alteri patrocinatur, quæ ideò fauet probationi, non obeſt iuxtà Farinacc. *Teſtib. quæſt.* 64. *num.* 6., *vbi alij*. Fauet inquam, non obeſt Dicto de Teſtis CXCI. propoſitio Teſtis I. Proceſſ. Informatiui = *ceſſauano le penitenze, perche il Soggetto era tanto debilitato* (ob infirmitates), *che era incapace di eſſe &c., e con tutto queſto pigliaua animo à mortificarſi quanto poteua, ed il Teſtimonio gli trouò vn cilizio &c., che la Serua di Dio teneua per vſo delle ſue penitenze* = Fauet, fauet inquam propoſitio Teſtis CVII. Proc. Informat., qui eſt Teſtis CXLIV. Proc. Apoſt. = *Dopo, che Sua Paternità la conobbe, non giudica, che la ſopradetta ſtaſſe in diſpoſizione di poter fare penitenza, e non oſtante queſto, hà inteſo Sua Paternità, che faceua alcune &c.* Proceſſ. fol.2626. ter. = Nam hi Teſtes, vtcumque deponant, quod Serua Dei ægra eſſet impotens caſtigandi pœnitentijs proprium corpus; affimant tamen, & admittunt in facto, quod hoc non obſtante, aliquas exercebat. Quid eſt ergo, quod noſtri Teſtes contrarietatis redarguantur, cùm ſint in eorum Dicto vel concordes, vel certe ſine diſſidio?

20 Tùm poſtremò exorantur, vt, defixis in Summarium oculis eorum recto iudicio perpendant, an Teſtis CXCI. dici poſſit vnicus in ſuo Dicto, cum quo concordant alij, qui quot ſunt tot dici poſſunt præcones, qui illam etiàm cùm infirma eſſet, ad extremum pœnitentem predicant, dum de hac re loquuntur.

21 Nùm quid Teſtis dicens = *da che ſe li aprirno gl'occhi della ragione, ſi ricorda, che*

*che vidde la ſua Sorella piena d'infermità, e così non sà le penitenze, che in quel tempo potè fare, non oſtante, che vidde in vn Arca, la cui chiaue fidaua ſolo alla Teſtimonia molti cilizj, e catenelle di ferro con punte &c. per le braccia, teſta, e corpo, e ſimilmente vidde diſcipline, e sà che ſi trouauano li muri della ſua Stanza lauati per lauare le sbruzzature del ſangue delle diſcipline &c.*, vt Soror Seruæ Dei Teſtis C. *Summar. pagin.*232. §. 15., & 16. Numquid inquam non concordat hoc Dictum cum illo Teſtis CXCI. relato? numquid Teſtis, qui, *quando*, ait, *il Teſtimonio la conobbe, già era in tempo, che la detta Serua di Dio ſtaua molto priua di Sanità; e per queſto molto impedita &c., ſe bene inteſe dire, che vſaua alcune diſcipline, & altre mortificazioni, e quello, che sà è, che dopo la ſua morte ſi trouorno trà le coſe di queſta Serua di Dio alcuni ſtromenti di penitenza, come diſcipline, e cilizj molto penoſi, e tenne per certo, che li vſaua &c.* =, vt deponit Teſtis CLXIII. *Summario pagin.* 233. *ſub* §. 18., & 19. Numquid dictus Teſtis affirmat ſaltem de auditu illud idem, quod Teſtis CXCI., de exercitio ſcilicet pœnitentiarum Seruæ Dei etiam cum magnis teneretur morbis?

22 Num quid nam Teſtis Dictum = *Del tempo, che ſtette in compagnia di queſta Serua di Dio, quello, che puol dire è, che ſempre la conobbe molta inferma, in particolare di tre infermità per eſtremo penoſe &c., e che ſtaua tanto fiacca, che gli pareua, che tutti l'oſſi ſtauano ſcongionti con il che li Medici, e li Confeſſori la obbligauano a mangiar carne, e non oſtante queſto, tutte le vigilie digiunaua, e la metà della Quareſima, ſaluo alcuni giorni, che ſtaua in letto per ſtar molto nel ſuo punto le ſue infermità, e con auerle tanto grandi, come hà detto, sà la Teſtimonia, che faceua molti eſſercizj di penitenza, come diſcipline di ſangue, che queſte non ſi poterno aſcondere da ſuoi occhi, e da ſue orecchie, mà la corona di ſpine, e cilizj, che riferiſce l'Articolo, queſti ſi, che ſi naſcoſero, e ſe bene la Teſtimonia li trouò, mai ce li vidde indoſſo, perchè lei aueua in queſto gran riguardo della Teſtimonia, timoroſa, che glie l'aueſſe da impedire, come ſenza dubio l'aueria fatto per le ſue grandi infermità, mà con tutta queſta ritiratezza, la Teſtimonia aueua preſunzione, e ſoſpetto, che li vſaſſe, e per non ſconſolarla, non premeua in vedere, ſe li portaua, diſſimulando con lei, e quando arriuò à ſtar tanto debbole, che non poteua pigliar la diſciplina, pregaua la Teſtimonia, che glie la daſſe, il che lei mai volſe fare, & anco gli diceua, che ſe voleua, la calpeſtaſſe, gettandoſi in terra. & anco vidde molte notti, che la ſopradetta ſi caricaua con vna Croce molto peſante, e caminaua con quella ſopra le ſpalle, girando intorno al ſuo Orto &c.*, vt teſtatur Socia Seruæ Dei in *Summario pagin.*233.§. 20., & *ſeqq.* Num quidnam eiuſmodi dictum concors non eſt cum Dicto Teſtis CXCI. quoad exercitium eiuſdem Seruæ Dei pœnitentijs caſtigandi proprium corpus etiam cùm grauiter infirmaretur?

23 Num quid prȩterea deficiunt alia aliorum Teſtium Dicta, quȩ cum Dicto Teſtis CXCI. cohæreant? Profectò alij plures ex *Summario* ſuppetunt, quos inter habemus Teſtẽ LXXVIII., & Teſtem CXXX. Proc. Inform., & quidem Teſtis LXXVIII. hæc habet = *Staua tanto eſtenuata, e fiacca* (la Serua di Dio) *che più non poteua eſſere, e tanto conſumata, che ſenza dubbio la Teſtimonia credeua, e crede, che era per li cilizj che portaua &c., e ſi ricorda la Teſtimonia, che entrando nella ſua Cammera in tempo, che lei non ci ſtaua, vidde verſo il capezzale del ſuo Letto sbruzzato tanto ſangue nel muro, che la Teſtimonia ſi ſtremì di vedere vn ſpettacolo, come quello, e tanto più conſiderando la fiacchezza, e poca ſalute della Serua di Dio, e rimaſe a mangiare con lei, il che fù tanto poco, come molte altre volte che la vidde mangiare, che era impoſſibile al parer*

*rer della Teſtimonia ; ſenza particolar fauore di Noſtro Signore, poterſi con quello ſoſtentare, e ſimilente crede, che ſempre digiunaua &c.*, vt in *Summario pagin.*236. §.38. 39., *&* 40.

24 Teſtis autem CXXX. Pater à Puente Ordinis Prædicatorum Confeſſarius Seruæ Dei hæc alia = *Eſſendo ſtato ſuo Confeſſore, sà, che la ſopradetta era in tutto eſtremo aſtinente, mangiando con notabil moderazione, & in così poca quantità, che pareua impoſſibile, ſenza particolar aiuto di noſtro Signore poterſi ſoſtentare vn corpo humano, eſſendo molto penitente, & eſſercitandoſi nelli rigori di eſſa, portando molti aſpri cilizj, tagli, ed altri Iſtromenti penoſi, pigliando ordinariamente diſcipline, e ſpargendo ſangue per amor di Dio, e ſe bene in quanto all'eſſer penitente la conobbe il Teſtimonio con infermità, e poca ſalute, ſeppe, & ebbe notizia, che portaua al petto ſopra le carni vna corona di ſpine patendo grandiſſimi dolori, li quali sà il Teſtimonio, che ſopportaua la detta Serua di Dio con volto allegro, e ſenza moſtrarlo nell'eſteriore &c.* = vt in *Summario pagin.* 237. §. 45., *&* *pagin.* 238. §.46., *&* 47.

25 Patet igitur luculentèr, quod nedum ceſſat contrarietas à Reuerendiſſimo Domino Fidei Promotore animaduerſa, verùm ex admodum conuenientibus Teſtium Dictis plenè probant Poſtulatores, quod Serua Dei, & ſi valde moleſtis, & acerbis fatigata morbis, aſſiduis debilitata abſtinentijs, viribus collapſa, vigilijs eneruata, diuturna graui valetudine fracta, à ſui tamen corporis caſtigatione, carniſque maceratione nunquam deſtiterit; probant inquam rem ſanè raram, rem omni ex parte admirabilem, rem quaſi credibilitate maiorem; opus ſanè difficillimum, humanas ferè exuperans vires, & erumpens in actum longè excedentem communem hominum etiam piorum pœnitentium conditionem; denique virtutem heroicam.

26 Deſcendentes deindè ad alia in *Animaduerſionibus* congeſta, quæ pariter collineant ad excludendas carnis macerationes per Dei Seruam ſuarum infirmitatum tempore peractas, Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor *in* §.14. notat, quod cum ipſi fateantur Poſtulatores, Seruam Dei poſt ſuperuentas infirmitates coactam fuiſſe ceſſare ab abſtinentia cibi, & potus, & Medicorum iuſſu vti carnibus, & vino; neceſſe ſit credere, quod & multò magis ceſſauerit à geſtatione cilitij, & ab vſu aliorum inſtrumentorum pœnitentiæ, quia ipſæ infirmitates adeò illius vires fregerant, vt Teſtis LXVIII. dixerit = *li pare, che la detta Serua di Dio viueſſe per miracolo ſecondo le grandi infermità*.

27 Quanquàm verum ſit, quod nos opinione, vt dicitur, viuimus, & quiſquam ſua ductus opinione ex ceſſatione Seruæ Dei ab abſtinentia cibi, & potus, ac vſu carnium, & vini inferre valeat ad ceſſationem flagellationum, aliarumque pœnitentiarum, quibus Serua Dei carnem ſuam affligendo domabat, tamen talis illatio, ſeù inductio à diuerſis non valet, eſtque irreleuans, *Rot. deciſ.*423. *num.*3. *coram Buratt.*, *deciſ.*258. *num.*5. *coram Lancett.*, *& deciſ.*399. *num.*6. *part.*16. *recent.*, & præſertim à particularibus ad vniuerſalia; à ceſſatione ſcilicèt ab abſtinentia cibi, & potus ad ceſſationem omnium pœnitentiarum ad notata per *Rot. deciſ.*54. *num.*13. *coram Lancetta*.

28 Sed quod magis vrget, ceſſare debet prædictum, omneque ſimile argumentandi genus in conſpectu veritatis facti, cuius teſtimonium perhibent plures Teſtes iurati, & formiter examinati, quos paulò antè retulimus; continuationis ſcilicet flagellationum, cilitiorum, & aliarum pœnitentiarum per Seruam Dei ad ſuam macerandam carnem adhibitarum etiam de tempore, quo infirmitatibus grauabatur; Quid igitur eſt cauſæ, cùr

atten-

attendi non debeant Dicta Teſtium, quibus iure ſtare tenemur, ùt incerta quædam argumenta ſequamur? Et cùr temerè deflectendum ſit à directa, & manifeſta probatione ſub obtentu inflexæ, & opinatiuæ deſumptæ ex veriſimili, à quo poteſt abeſſe veritas? Multa ſiquidem videntur veriſimilia: plura præſumuntur: alia ex coniecturis colliguntur: nonnulla credulitate vera putantur, quæ tamen non ſunt vera, vt poſt *Text. in leg. non eſt veriſimile ff. de eo, quod metus cauſa, & Doctores*, probat *Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.*12., *tit.*17. *ſub num.*4., & ideò quælibet ſiuè præſumptio, ſiuè veriſimilitudo, ſiuè opinio, ſiuè credulitas, ſiuè coniectura, omnes cedunt, & ſuccumbunt probationi habitæ ex Teſtibus, quæ concludit de neceſſitate partibus, & Iudici, vt eſt regula generalis ſatis nota præſtantiſſimis Suffragantibus, quam latè exornant *Bald. conſil.*158. *num.*1. *vol.*2., & *conſil.*364 *num.*2. *volum.*3., & poſt alios *Card. Mantic. dict. Tract. de Coniectur. eodem tit.*17. *numer.*4., & 5.

29 Alia, quæ obijciuntur, præſertim ex Teſte CVII. Proceſ. Informat., vt in *Summario pag.*237. §.42., cuius verba, poſtquam fuerunt relata *in Animadu.* §.12. *in fine*, ac indicata §.13. *ad med.*, iterùm referuntur §.14. *circa medium*, ſatis ſuperque ſublata ſunt tàm ex deductis in noſtris primis *Reſponſionibus*, quàm ſuperiùs §.*Supereſt*, *cum ſeqq.*, hinc ſublatis, vt ſperamus, omnibus difficultatibus circà probationes, ad alia animaduerſa properantes, ſit iuxtà Animaduerſionum methodum.

# INSPECTIO TERTIA.

## De Releuantia.

AB Inſpectione de Probationibus Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor tranſit ad præmiſſam de Releuantia, ſub qua plurima, labori non parcens, ad illam eneruandam congerit; Verùm allatas obiectiones alicuius momenti, pro quo afferuntur, non eſſe probabimus, agendo de ſingulis, proùt in Animaduerſionibus proponuntur, qua de re ſit,

## *Animaduerſio Prima.*

ALiquos ex præſtantiſſimis Conſultoribus valdè dubitaſſe refert Reuerendiſſimus Dominus Promotor; àn relata de Virtutibus Seruæ Dei in noſtris reſpectiuè *Informatione*, & *Reſponſionibus* aſcendant ad hæroicitatis gradum neceſſarium ad effectum, de quo agitur; Et ſi enim in facto admittat eius *admodum deuotum vitæ tenorem* : *aſſiduam orationem* : *iugem Eccleſiæ, & Sacramentorum frequentiam* : *ſenſuum mortificationem* : *morborum tolerantiam*, *aliaque huiuſmodi*, tamèn vtpotè facilia, & etiam pijs Mulieribus communia ad prædictum gradum non poſſe pertingere videbantur; cùm virtus heroica non in facili verſari debeat, ſed in arduo, & extraordinario, iuxtà doctrinam Diui Thomæ, & aliorum, qui allegantur in Animaduerſionibus §.15.

Et multò magis, ùt proſequitur Dominus Promotor *in Animaduerſionibus* §.16., attenta humili, & paupere conditione Seruæ Dei iam indè à viridi ætate varijs morbis adeò affectæ, vt in aliquo Monaſterio ad Regularem Profeſſionem admiſſa non fuerit ex relatis à clar. mem. Cardinal.

de Treſo, alijſque, vt in dictis Animadv. §.16. Hinc non videbatur omninò arduum, ſi Mulier omnibus fermè naturæ, & fortunæ dotibus deſtituta, & ità corpore malè affecta, vt domeſticis etiam exercitijs, nedum mundanis pompis, eſſet inutilis, paulò diligentius ſe addixerit Orationi, Eccleſiæ, & Sacramentorum frequentiæ, corporis mortificationi, & tandem Religioſum habitum ſuperinduerit; At magis arduum, & admirandum fuiſſet, [ inquit Dominus Promotor ), ſi prædicta pietatis opera facta eſſent à Muliere naturæ, & fortunæ dotibus cumulata: cùm in iudicandis heroicitatis virtutum gradibus attendendus ſit ſtatus, & conditio perſonarum, ita quod heroicum in vno; poteſt in alio ex circumſtantijs heroicum non eſſe iuxtà notata per *Matthæucc.in pract.tit.*2. *cap.*1. §.2. *num.*38., *&* 39., in Animaduerſionibus allegatum; Additque §.17. cum duobus ſeqq., quod quamuis Serua Dei valdè commendetur de pluribus bonis operibus alacritèr exercitis, tamen non probari illius excellentiam in aliqua, quæ dici poſſit velut ipſius characteriſtica Fidelibus proponenda ad imitandum; quodque licèt apud aliquos ex DD. Conſultoribus ipſe Seruæ Dei Chriſtianæ vitæ tenor ſemper æqualis vſque ad obitum mereretur haberi pro heroico, tamèn de hoc vitæ tenore, eiuſque conſtanti perſeuerantia vſque ad obitum non ſatis conſtare obijciebat; cum Teſtes fermè in omnibus loqui viderentur in genere, & non de actibus particularibus, ſed vt plurimùm de generibus ſubalternis virtutum, ſine diſtinctione temporum, præſertim illius, quod percutit primos 49. annos vitæ Seruæ Dei; Hinc idem Reuerendiſſimus Dominus inſinuat Poſtulatoribus tanquam Cauſæ vtile, & quodammodo neceſſarium, vt ſeriem chronologicam rerum à Dei Serua geſtarum cum ſuis probationibus pertexant, ex qua oſtendatur qualis fuerit eius vitæ tenor in ſingulis ætatibus, & cuius momenti ea ſint, in quibus ſe ſe exercuit vſque ad obitum: An ſcilicèt peruenerint ad gradum heroicitatis apud pleroſque ex Reuerendiſſimis Conſultoribus adhuc dubiæ iuxtà *Animaduerſiones* §.19. *in fine*.

# *Reſponſio*.

1 PArcant Sapientiſſimi Conſultores illi, qui nec valdè, nec parùm dubitarunt de heroicitatis gradu quo ad ea, quæ Poſtulatores attulerunt in hac Cauſa, ſi hodiè compellimur dicere, plus emolumenti in præinſerti dubii diſputatione attuliſſe aliquos animo pendentes, quàm ipſos heroicitatem comprobantes: quia dùm à dubitantibus qualemcumque dubitationis nebulam diſcutimus, alios in veritatis propoſito ſolidamus; Sicque fit, vt heroicitas manifeſtiùs, & ante omnium oculos ipſa euidentia clarior appareat. Ad id autem aſſequendum vtque fiat ſatis tùm præmiſſæ Animaduerſioni, tùm præuentiuè aliis, quæ ſubſequuntur, in hoc idem tendentibus, duo ad examen reuocabimus; tenorem vitæ Seruæ Dei primùm; deindè actus Virtutum in ſpecie; In præſens de illo: de his verò inferiùs ſuo loco: Atque ità omnia perſcrutabimur, vt verendum non ſit, ne non Serua Dei annumeretur cum Virginibus Euangelicis, illis ſcilicèt de numero prudentum, quæ acceptis lampadibus ſumpſerunt ſuum Oleum: et veniente Domino intrauerunt cum eo ad Nuptias.

2 Venerabilis Mariannæ vitæ tenor perpetuus fuit per omnes ætates ab Infantia ad ſenectam vſque ſupremumque diem, timere Deum, declinando à malo, & faciendo bonum. Ab Infantia enim piè, & innocentèr vixit,

xit, & charitatem, quam primò à Deo accepit vſque ad vltimum vitæ ſpiritum conſeruauit. Toto enim ſuæ vitæ curriculo tàm exactè ſeruauit mandata Dei, & Eccleſiæ, vt nedùm vnquam peccatum mortale commiſerit, verùm nec venialia deliberata, ſiuè ex propoſito; Neque mirandum de re tàm mira, & exuperante omnem ſenſum; quia *Timor Domini*, vt aduertit Cyprianus in Epiſt. ad Donatum, *Timor Domini fuit Innocentiæ Cuſtos.*

3 Prò hac aſtruenda innocentia in Teſtes adducimus, & vocamus Confeſſarios Seruæ Dei, quibus patuit eius coſcientia, & quam plures Teſtes, qui mores, & vitæ actiones extrà apparentes viderunt, & nouerunt: omnes, & omnia ſiuè ex *Summario*, ſiuè ex ipſis *Proceſſibus* excerpendo, cum expreſſione temporis actionum Virtutis Seruæ Dei, vbi Teſtes illud exprimunt, quod raro faciunt ob non factam à Iudicibus interrogationem de tempore quoad ſingulos Virtutum actus.

4 In hyſtoria Vitæ Seruæ Dei, quam de mandato Superioris generalis circa annum 1615. conſcripſit P. Ioannes Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento eius Confeſſarius, & Spiritus Director, tempore ſcilicèt, quo illa agebat, vt Scriptor ibi notat, ætatis annum circiter quinquageſimum: in dicta inquam hyſtoria compulſata in Proceſſu Apoſtolico, hæc habentur relata in Summ. pag. 168. §.28., ibi = *E quello, che più ſi deue ſtimare circa le grazie, che Noſtro Signore hà fatte a queſta ſua Serua, è vna, e grandiſſima, & è, che in tutta la ſua vita non l'arguì la ſua coſcienza di peccato mortale, nè meno peccati veniali, è andata ſempre con riguardo. Sia ſempre Iddio amato, e ingrandito, che sì marauiglioſe coſe opera in vaſi tanto fragili; et hò meſſo quì queſto per eſſer coſa tanto grande, e già ſtraordinaria di noſtro Signore, e perche laſciandolo dopo la ſua vita, che ſi preſume non eſſer molti giorni per eſſer molto infermiccia, ed auer ben ſpeſſo grandiſſime infermità, e di cinquanta anni in circa &c.*

5 Supradictus Pater Ioannes Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento, aliàs Gonzalez Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, ope Diuina fretus, & Apoſtolica munitus authoritate, aſperrimo vitæ genere primævum Mercenariorum Inſtitutum exactiſſimè reparauit, ac ob eius eximias virtutes cum fama Sanctitatis vixit, & obiit Matriti anno 1616., ſuper quibus conſtructi ſunt Proceſſus authoritate ordinaria plurium Epiſcoporum, vt teſtantur Annales Ordin. Mercen. Diſcalceat. Authore P. Petro de Sancto Cecilio Chroniſta Generali dicti Ordinis part.2. libr.4. Cap.36. §. Primo pag. 1148. col. 2.; et de tempore mortis dicti P. Ioannis Baptiſtæ Cap.45. §. Primo pag. 1216. col.2., & §.3. in fine pag. 1221., Typis dati Barcinonæ anno 1669. Serua Dei anno 1598. diuina iſpiratione illum ſelegit in ſuum Confeſſarium, & ſpiritus Directorem, & cum eius directione continuauit vſque ad illius obitum, qui euenit, vt diximus anno 1616., excepto tempore abſentiæ, vel alterius impedimenti, vt in dictis Annalibus *Tom. primo part. prima libr.2. Cap.8. §.3. pag. mihi* 267.

6 De hac eadem vitæ innocentia teſtimonium perhibent quamplures Confeſſarii Seruæ Dei formiter examinati, nempè Pater de la Puente Ordinis Prædicatorum Teſtis CXXX. Proc. Informat., qui fuit Director ſpiritus Seruæ Dei, eiuſque audiuit confeſſiones in Ciuitate Valliſoletana, in qua Ludouicus Pater vna cum ſua Familia, cuius erat Serua Dei eiuſdem filia ad plures annos commoratus eſt, ex relatis in dictis Annalibus dicto Cap.8. §.5. in fine pag. 270., ibi = *En eſte* (mil ſeiſcientos y vno) *ſe mudò la Corte de Eſpaña de Madrid a Valladolid y luis Nauarro Padre de dicha Madre Marianna, por ſer Criado del Rey, hunde mudar tambien ſu*
*Caſa*

*Caſa à quella Ciudad, y con ella ſu Familia, y hija; que ſintio mucho ver ſe obligada à dexar à ſu Padre Eſpiritual, con cuya direccion tantas Medras tenia ſu alma*; Et per dictum Teſtem CXXX., qui ſuper primo artic. dixit = *Hà conoſciuto di viſta, parola, trattato, e communicazione la detta Madre Marianna di Ieſù tutto il tempo di ſua vita, e che abitò in queſta Città di Vagliadolid, ſtando in quella la Corte di Sua Maeſtà, ed aſſiſtendo la detta Madre Marianna di Ieſu in Caſa di Ludouico Nauarro ſuo Padre, che fù Seruitore del Rè noſtro Signore, e nel detto tempo il Teſtimonio fù Confeſſore della detta Madre Marianna di Ieſù, e prima di queſto tempo dichiara il Teſtimonio, che non trattò con lei, nè doppo, che ſe n'andò la Corte alla detta Villa di Madrid &c.* Proc. fol.699.ter. ſuper 4.dixit = *In tutto il tempo, che il Teſtimonio trattò, e conobbe in queſta Città la detta Madre Marianna di Ieſù, che fù del riferito, conobbe ſempre in Lei grandiſſima virtù, feruore, vmiltà, e diuozione &c.* = Proceſs. fol.700.; Et ſuper 5., & agendo de innocentia Vitæ Seruæ Dei dixit = *Che in tutto il tempo, che il Teſtimonio comunicò, trattò, e confeſsò la detta Marianna di Ieſù in queſta Città, giammai conobbe nella detta Confeſſione, che la ſopradetta aueſſe peccato mortale, nè veniale, che foſſe graue, ne abituato; anzi la vidde, e riconobbe viuere con gran purità di coſcienza, per il che il Teſtimonio la conoſceua, e teneua per Donna Santa, e come tale nel detto tempo la vidde ſtimare, e venerare &c.* Summ.pag.167. §. 25.

7 Quanto autem tempore Ludouicus ſimul cum ſua Familia Valliſoleti moram traxerit, quo Serua Dei ſtetit ſub directione dicti Patris de la Puente Ordinis Prædicatorum probatur ex modo relata eius depoſitione, tot annos fuiſſe, quot in illa reſedit Aula glor. mem. Philippi III. Regis Catholici, quàm Ludouicus ſequebatur addictus ſeruitio Regis; Siquidem Rex relicta anno 1601. reſidentia Matritenſi, Valliſoletum venit, in qua cum Domo Regia conſtitit vſque ad annum 1606., vt probatur ex *Compendio Hiſtoriæ Hyſpaniarum à tempore poſt diluuium vſque ad annum* 1642., Authore Franciſco de Cepeda, publici Iuris facto Matriti anno 1643., in quo, libr.4. Cap.15. pagin. mihi 144. terg. refertur, quod = *Anno 1601. Por algunas cauſas, que parecieron de conueniencia ſe mudò eſte año la Corte de la Villa de Madrid a Valladolid, y aſſi ſe mudò la Chancilleria à Burgos, y la Inquiſicion à Medina del Campo* =, *& pagin.144.* = *Por razones tocantes a la ſalud, y bien publico, ſe boluio la Corte de Valladolid à Madrid año 1606., y anſimiſmo la Chancilleria, y el Conſejo de la Inquiſicion à Valladolid.*

8 Itaque Serua Dei ab anno 1606. Patrios reuiſit lares, ſcilicèt Matritum, ab eoque tempore Confeſſarium, & ſpiritus Directorem, ac Moderatorem habuit eumdem Patrem Ioannem Baptiſtam à Sanctiſſimo Sacramento, vt ante diſceſſum, & continuauit vſque ad illius obitum ſequutum anno 1616., vt dictum eſt ſupra §.5.

9 Ex hoc verò tempore, ad obitum vſque Seruæ Dei, munus Confeſſarii, & Directoris eius ſpiritus exercuit Pater Ioannes à Sancto Ioſeph Superior Generalis Ordinis Mercenariorum Diſcalceatorum ſelectus in vita ab eodem Patre Ioanne Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento, vt deponit ipſemet Pater à Sancto Ioſeph affirmans, quod = *hà conoſciuto la Serua di Dio Madre Marianna di Ieſù Religioſa &c. da noue anni in qua in circa &c.*, *e la cauſa per la quale la cominciò à conoſcere, fù perche il Reu. Padre Frà Gio. Battiſta del Santiſſimo Sagramento, che la confeſſaua, e gouernaua la ſua Anima, diſſe a ſua Signoria Reuerendiſſima, che*

*che giacchè ſi trouaua molto vecchio, e che aueua da viuer puoco, aueſſe penſiere dopo la ſua morte di confeſſare, e gouernare la detta Serua di Dio, e ſimilmente conſegnò à ſua Signoria Reuerendiſſima vn libro in 4. ſcritto à mano dal detto Padre Fr. Giouanni, acciò s'informaſſe della vita, e virtù, riuelazioni, e fauori, che Iddio aueua vſato colla detta Serua di Dio &c.* Proceſs. fol. 414., & 415.; et ſuper 5. Artic. quoad innocentiam, & Sanctitatem Vitæ Seruæ Dei dixit = *la detta Serua di Dio fù molto perfetta, & eccellente in ogni ſorte di virtù, in tal eſtremo, che mai la vidde commettere, nè confeſsò peccato mortale, nè veniale di conſiderazione, mà più toſto tanta puntualità nella perfezzione, e vita ſpirituale, che era gran ricreazione à ſua Paternità Reuerendiſſima il communicare le coſe di ſua anima, dal che caua, e tien per certo, che dal giorno, che nacque ſtette pura, e libera da peccato mortale, e che ſi partì da queſta vita à godere Giesù Chriſto ſuo Spoſo con la grazia batteſimale, perilche fù in vita tenuta communemente per Santa &c.; E fù tanto pura queſta Santa Creatura, che quello, che più l'aggrauaua, ò poteua aggrauare il ſuo Spirito, e coſcienza di coſe toccanti alla vita paſſata, era, ſecondo alcune volte ſe ne accusò, vna coſa, che al parere di ſua Signoria Reuerendiſſima, non arriuaua à colpa veniale graue, ſe bene li faceua gran peſo, & eſtremo, come tanto perfetta, che era in tutte le ſue coſe &c., & in argomento della ſua fermezza, e Santità, ſeppe, e conobbe ſua Signoria Reuerendiſſima dalla detta Serua di Dio, che le tentazioni, che le veniuano, non ſe li accoſtauano, ne meno alla parte inferiore &c.; E finalmente la Santità, virtù, perfezzione, e ſuperiore ſpirito di queſta Serua di Dio fù in tanto ſupremo grado, che non trouerà parole, con che poterle eſplicare, ringraziando Iddio, che nella Terra vi foſſe vn Spirito tanto alto, e tanto Angelico, e che nella ſua opinione giudica ſua Signoria Reuerendiſſima, che era vna delle Anime più grate, che ſua Diuina Maeſtà aueſſe in terra &c.* Summ. pag. 165., & 166. §. 19., & 20.

10 Ab anno igitur 1598. ad annum vſque 1624., quo Ven. Marianna puriſſimam animam ſuo Creatori reddidit, tres fuerunt Ordinarii Directores eius Spiritus, & Confeſſarii, & hi omnes innocentiam baptiſmalem, ac eximiam eiuſdem Sanctitatem nullam habentem rugam admirantes conteſtantur. Alii plures, vt ex *Proceſſibus*, & *Summario* nouimus, fuerunt Confeſſarii Seruæ Dei, ſed omnes extra ordinem: quippè qui Confeſſarii Ordinarii abſentis, aut aliàs impediti vice munus impleuere: modò vnus, modò alter, modò hic, modò ille; Cùm enim primùm Pater Ioannes Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento Fratrum Diſcalceatorum, Recollectorum nuncupatorum, Ordinis B. Mariæ de Mercede Inſtitutor; deindè Pater Ioannes à S. Ioſeph Vicarius Generalis, Caput, & Prælatus generaliſſimus in toto Diſcalceatorum Ordine; vnus poſt alium, ambo Confeſſarii ordinarii Seruæ Dei, aliquando adacti eſſent Matritenſem reſidentiam linquere, ab ipſis abfuturis perdurante abſentia, ſubrogati fuerunt alii, vt probatur ex dicto Patris Bartholomæi à S. Ioſeph, qui in Proceſs. fol. 88. terg. ſuper 2. Articulo = *Diſſe il Teſtimonio, che ſe bene confeſsò molte volte la Serua di Dio Madre Marianna di Giesù, non era ſuo Confeſſore Ordinario, perche era il Padre Gio. da S. Giuſeppe Vicario Generale di queſta Sagra Religione, nell'aſſenza del quale il Teſtimonio confeſſaua la detta Serua di Dio &c.*

11 Omnes autem Confeſſarij extraordinarij Seruæ Dei par, atque idem, vt de Ordinarijs retulimus, teſtimonium perhibent de eiuſdem vitæ innocentia, & eximia Sanctitate, vt patet ex ſingulis illorum Dictis, & priori loco Confeſſariorum, quos Seruam Dei prius nouiſſe conſtat; Cùm

 alia

alia temporis ratio ex eorum depoſitionibus, niſi diuinando, elici nequeat.

12 P. Petrus à Matre Dei Mercenarius Diſcalceatus, Teſtis CXLIV. Proceſs. Apoſtol., qui ſuper primo articulo dixit = *che in venti, ò ventun'anni, che Sua Paternità cominciò à conoſcere la detta Serua di Dio Madre Marianna de Ieſu &c. dicto Proceſs. fol. 2616.*, *ſopra l'vndecimo diſſe &c. era molti anni, che lo riceueua* ( Noſtro Signore nel Santiſſimo Sagramento ) *ogni giorno con molta tenerezza, e deuozione, e Sua Paternità la confeſsò molte volte à queſto effetto &c.* dicto Proc. fol. 2619. ter.

13 *Sopra il vigeſimo quinto diſſe, che in tutto il tempo, che trattò, e communicò con la detta Serua di Dio, ſempre la vidde molto aggiuſtata con le leggi di Dio, e che la virtù della Giuſtizia l'aueua con ſomma perfezzione, dando a ciaſcuno ſempre quello, che ſe li doueua, e deſiderando, che in tutti ſi trouaſſe queſta virtù dolla Giuſtizia, come tanto importante, & in materia di nettezza di anima giudica per quello, che vidde in lei, e per quello, che trattò la ſua coſcienza, e ſeppe DI TVTTA LA SVA VITA, che in ſomma gle la riferì vn giorno al detto Padre per DARGLI NOTIZIA DI TVTTA LA SVA COSCIENZA, che non ſolamente conſeruò la grazia batteſmale, mà che fù vna delle anime più pure, e nette dal peccato, che Sua Paternità abbia conoſciuto, nè letto in vite de Santi in molti Secoli, e ſe foſſe lecito dire il maggior peccato, che Sua Paternità aueua conoſciuto in queſta Serua di Dio, le pare, che con riferirlo rimarria ben ponderata la purità, che queſta Serua di Dio conſeruò nella ſua anima tutto il tempo di ſua vita, & il grand'odio, che aueua a qualſiuoglia ſorte di peccato per leggiero, che foſſe.* Summar. pag. 163. §. 12.

14 P. Thomas Martinez Mercenarius, Teſtis LXIV. Proceſs. Inform., qui ſuper primo artic. dixit =, *che hà conoſciuto la detta Serua di Dio Madre Marianna di Gieſù da venti anni in qua in circa &c.* = dicto Proceſs. fol. 397.; Et ſuper 5. = *diſſe, che quello, che puol deporre, & aſſicurare Sua Paternità in queſto Articolo è, che tutto il tempo, che trattò, e conuersò con la detta Serua di Dio, mai la vidde commettere peccato mortale, nè veniale, anzi fù tanta perfetta, & eccellente in ogni genere di virtù, che in vita fù tenuta per Santa, e tanto Superiore nella vita ſpirituale, e ſeruizio di Dio, che ſe bene Sua Paternità la confeſsò alcune volte, non trouò materia ſopra la quale poteſſe cadere l'aſſoluzione &c.*, Summar. pag. 165. §. 18.

15 P. Balthaſſar à S. Franciſco Mercenarius Diſcalceatus Teſtis LXXIV. Proceſs. Apoſt., qui ſuper primo dixit = *nelli 17. anni in circa, che trattò, e communicò con queſta Serua di Dio* = Proc. fol. 2015. tergo = & ſuper 25. artic. dixit = *che tutte l'attioni queſta Serua di Dio le reggeua, & indrizzaua a dare a Dio il debito onore, viuendo molto aggiuſtata alli Diuini precetti, come riferiſce l'artic., & aborrì tanto il peccato, che afferma il Teſtimonio, che non ſolo non vidde in lei coſa colpabile in tanto tempo, che hà detto, che la trattò, e communicò, mà che in molte volte, che la reconciliò, non trouaua materia in lei, ſopra la quale cadeſſe l'aſſoluzione, e che queſta Serua di Dio viueſſe tanto giuſtificatamente, e che abborriſſe il peccato, come hà detto, v'è ſtato, & è noto publica voce, e fama,* Summar. pag. 161. §. 7.

16 P. Ferdinandus de Ieſu Prouincialis in Prouincia Sanctiſſimæ Conceptionis Ordinis Mercenar. Diſcalceatorum Teſtis CXCII. Proceſs. Apoſtol., qui ibidem fol. 3003. ſuper primo Articulo; *diſſe &c. in coſa di ſedici anni, che conobbe queſta Serua di Dio, ſeppe, che fù naturale della Villa di Madrid &c.*; Et in eodem fol. 3004. ter. ſuper tertio: *Diſſe, che Sua Paternità confeſsò molte volte la detta Serua di Dio &c.*: Et ſuper vigeſimo quinto dixit = *ſapere il contenuto in eſſo, perchè mai che la confeſsò trouò*

*uò materia conoſciuta, ſe non peccati di ſorrezzione, che non ſi poſſono euitare, mà che auuertito pienamente, non trouò peccato veniale neſſuno, auendola confeſſata in occaſioni, che erano precedute cauſe per auerli, & il contenuto nel detto Articolo era, fù, & è vero, pubblico, notorio, e manifeſto*, Summario pag. 164. §. 14.

17 P. Ludouicus de Ieſu Maria Prouincialis Prouinciæ Sancti Ioſephi Mercen. Diſcalceat. Teſtis II. Proceſs. Informat., qui ſuper primo articulo: *Diſſe, che hà conoſciuto la detta Serua di Dio Madre Marianna de Ieſu per ſpazio di tredici anni poco più, ò meno &c.* dicto Proceſs. fol. 100. ter., & ſuper 5. dixit = *tutto il tempo, che hà detto, che trattò, communicò, e confeſsò la detta Serua di Dio, la trouò perfettiſſima Creatura in ogni genere di virtù, ſenza giamai auer viſto in lei macchia di peccato mortale, ne veniale abituato, in tanto eſtremo, che queſta Serua di Dio in vita era tenuta per Santa, e Beata, la cui fama era publica non ſolo in queſta Corte, mà in molte parti fuori di eſſa &c.*, Summar. pag. 164. §. 16.

18 P. Marcus à S. Laurentiò Concionator Eccleſiæ S. Barbaræ Teſtis XLII., qui ſuper primo artic. = *diſſe, che cominciò a conoſcere queſta Serua di Dio poſſono eſſere tredici anni in circa* = Proceſs. fol. 300. tergo; Et ſuper 5. diſſe, *che dal trattato, e communicazione, che ebbe colla detta Serua di Dio, e con la ſperienza di auerla confeſſata alcune volte, credè per molto certo, che la detta Madre per tutto il tempo di ſua vita non fece peccato mortale, nè veniale graue di conſiderazione, anzi fù tanto perfetta Creatura, che generalmente era tenuta da tutti quelli, che la conoſceuano, e pratticauano per Donna Santa, e vedeua il Teſtimonio, che come tale veniua a trattar con lei, e communicargli li ſuoi trauagli, e negozj ogni ſorte di perſone, e à domandargli, che la raccomandaſſe a Dio &c.*, Summ. pag. 165. §. 17.

19 Reuerendus Dominus Vincentius Ferrer Eſteuan Sacerdos Secularis, Cappellanus honoris Regis Catholici, & Canonicus Pœnitentiarius Eccleſiæ Orioleníis Teſtis LXXXI., qui ſuper primo articulo: *Diſſe, che hà conoſciuto la detta Serua di Dio Madre Marianna di Ieſù da dodici anni in quà &c.* Proc. fol. 471. ter. Et ſuper 5. = *confeſsò queſta Serua di Dio alcune volte, dalle quali ſeppe, e dichiara ad onor, e gloria di Dio Noſtro Signore, che giammai la detta Serua di Dio li confeſsò di auer commeſſo colpa mortale, nè veniale graue; ne meno piccola volontariamente; E deſiderando Sua Signoria ſapere la radice della Santità di queſta Serua di Dio, & il fondamento delle ſue virtù, procurò di ſapere, e ricercare tutta la ſua vita, e venne ad intendere, e ſapere con certezza, che la detta Serua di Dio per tutto il tempo di ſua vita non auea commeſſo alcun peccato contro la Maeſtà Diuina, & appena Sua Signoria trouaua materia d'aſſoluzione, & alcune volte per non trouarla, non gli daua aſſoluzione, mà ſolo la deprecazione di* miſereatur tui &c. *per non ſconſolarla, perilche generalmente fù tenuta, e venerata per Santa &c.* Summ. pag. 166. §. 21., & ſeq.

20 Denique occurrit teſtimonium P. Bartholomæi à S. Ioſeph Mercenarij Diſcalceat. Teſtis I. dicti Proceſſus, qui d. Proceſs. fol. 88. dixit = *che da dodici anni in qua conoſce la detta Serua di Dio &c., & auerla confeſſata, & eſſer ſtato ſuo Padre Spirituale parte di queſto tempo &c., che ſe bene confeſsò molte volte la Serua di Dio, non era ſuo Confeſſore Ordinario, perche era il Padre Frà Gio. di S. Giuſeppe Vicario Generale di queſta Sagra Religione* [ cuius dictum retulimus ſuprà §. 9. ] *nell'aſſenze del quale il Teſtimonio confeſſaua la detta Serua di Dio &c.* Proc. fol. 88. tergo; Et ſuper 5. dixit: *che il Teſtimonio &c. al tempo, che trattò, e confeſsò la detta Serua di Dio, la trouò creſcere, e ſalire a tanto alto grado di perfezzione, e virtù, che metteua in ammirazione il Teſtimonio di vedere vn anima tanto*

*Santa, e candida, e che giammai fece peccato mortale, nè veniale abituato, ne in tutto il tempo, che il Teſtimonio la confeſsò trouaua materia determinata di peccato, ſopra la quale poteſſe cadere l'aſſoluzione, di tal ſorte, che trouò, e vidde in queſta Serua di Dio vn grande eſſempio, e marauiglia di Santità, alla cui fama vedeua il Teſtimonio, che molte perſone di tutte le qualità, e ſtati, Eccleſiaſtici, e Secolari andauano dalla detta &c.* Proceſs. fol. 93.

21 Nec prætermittendum, quod modo relatus Teſtis, d. P. Ioanne à S. Ioſeph Confeſſario Ordinario abſente in viſitatione Monaſteriorum Prouinciæ Bœticæ, vt in Proc. fol. 2328.] excepit confeſſionem Seruæ Dei in vltima infirmitate, ex qua feliciter obijt, vt ipſe deponit in dicto Proceſſu fol. 99. = *ſi trouò preſente, & aſſiſtente alla Infermità* (Seruæ Dei), *e la confeſsò per morire, e fù aſſiſtente a darli li Santi Sagramenti del Viatico, & vnzione, li quali riceuè con grandiſſima diuozione, & vmiltà, e con azzioni notabili di Santità, e morì con notoria fama di quella &c.*

22 Tot autem Teſtes, atque tales, quibus nil præſcribi poteſt: plurimi enim ſunt, & claſſici, integræ ſcilicèt opinionis, & Fidei (de ſuprarelatis vndecim Confeſſariorum Seruæ Dei Dictis loquimur), ſuperabundant ad intentum, educendi conſcientiæ latebris Innocentiam Vitæ Seruæ Dei ſpeciali Dei auxilio præſeruatam, ſeruatamque per integrum eiuſdem vitæ curſum, ac Sanctitati Veſtræ, & Eccleſiæ manifeſtandi rem ſanè mirabilem: rem certè in terris rariſſimam: Animam ſcilicèt in ſexu fragili Diuinæ dignationis manu cœleſtibus Donis adeò plenè cumulatam, vt per quinquaginta nouem annos vitæ numquam illiſerit ſcopulis nè quidem culpæ venialis deliberatè commiſſæ.

23 Eodèmque tempore obtinendi à Sanctitate Veſtra, vt Serua Dei Beatarum Virginum cætui adſcribatur, ad quem effectum continuata eius vitæ innocentia, & Sanctitas per Poſtulatores demonſtratur non ſolùm confeſſariorum, quà Confeſſariorum Dictis, illis nempè reſtrictis ad internos actus conſtituentes puritatem interioris hominis, cuius exiſtentia nequit exterius apparere per ſe ipſam; Sed etiam (quod notandum eſt) Dictis Confeſſariorum in linea Teſtium, qui innocentiam Vitæ, & Sanctitatem Seruæ Dei ſibi in occulto patefactam, nouerunt etiam per actiones externas, vt patet ex ſuprarelatis, & vndique ex Summario.

24 His verò adiici poſſent Dicta fermè omnium Teſtium, qui ſiuè ſuper quinto Articulo Proceſſus Informatiui, ſiuè ſuper 25. Apoſtolici examen ſubiere eamdem vitæ innocentiam, & Sanctitatem à Confeſſariis patefactam, confirmantia ab operibus, & actionibus externis, ex quibus meritò dignoſcitur & Sanctitas, & puritas, ac exiſtentia Virtutum iuxtà illud monitum Chriſti Domini: *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* Quia verò huiuſmodi Dicta in effrenato ſunt numero, eaque in duplici differentia, alia, quæ Vitæ innocentiam, & Sanctitatem Seruæ Dei altruunt ex moribus, & Vita exteriori in genere; Alia, quæ ſingulares foris apparentes actiones Virtutum, & modum, quo factæ ſunt, exprimunt; Idcircò quoad numerum, aliqua dumtaxàt, ſiuè ex Summario, ſiue ex Proceſſibus tranſcribuntur, at non omnia, nè præſtantiſſimi Suffragantes plus æquo grauentur in tot illorum lectione, ad præſens verò de illis, quæ tangunt Vitæ innocentiam in genere, poſtmodò ſuo loco de alijs.

25 Pulchritudinem, & puritatem Mariannæ, quæ erat ab intus coram Deo, Confeſſariorum Teſtimoniis patefactam ſatis indicabant mores ipſius, & Vita, foris apparentes, in quibus toto ſuæ peregrinationis tempore nil prorsùs apparuit, quod offenderet etiam curiosè intuentes, ſed omne

quod-

quodcumque in eius aſpectu, habitu, verbo, opere deprehenſum eſt ædificans totum diſciplinatum, totum inſigne virtutis, ſicut relatum habemus, præter eoſdem Confeſſarios, qua Teſtes de viſu, ab aliorum vlteriùs Dictis, nempè.

26 Teſtis XLVII. Proceſſus Informatiui, qui: *Diſſe, che hà conoſciuto la Serua di Dio da che hà auuto vſo di raggione, perche ambidue ſono quaſi di vn medemo tempo, e da bambini molto piccoli ſi alleuorno inſieme &c. Proc. fol.*331. Et ſuper 5. *Diſſe, che in tutto il detto tempo, che il Teſtimonio hà conoſciuto la detta Serua di Dio, che, come hà detto fù tutto il tempo di ſua vita, tanto nella giouentù, come dopoi nella ſua maggior età, ſempre vidde in Lei grandiſſima perfezzione nelle ſue azzioni, ſenza notare, nè auuertire in lei peccato mortale, nè veniale graue, e crede, e tiene per certo il Teſtimonio, che la ſopradetta non lo commetteſſe per tutto il tempo di ſua vita &c. Proc. fol.*332.

27 Teſtis XLIX. , qui *Diſſe, che hà conoſciuto la Serua di Dio Marianna di Jeſu &c. da quaranta anni in circa Proceſ. fol.*342. ; Et dixit = *in tutto il tempo, che il Teſtimonio conobbe la detta Serua di Dio, e trattò, e communicò con Lei, giammai vidde, che commetteſſe peccato mortale, nè veniale graue contro la Maeſtà Diuina, anzi fù tanto pura Creatura, e tanto perfetta, che da tutti quelli, che la pratticauano fù tenuta per Santa, e Beata. Proceſ. fol.*342. *ter.*

28 Teſtis CXCIV. Proceſſus Apoſtolici, qui dixit *l'hà conoſciuta* [ Seruam Dei ] *da che ſi sà ricordare perche furono alleuati inſieme, & erano quaſi d'vna medeſima età &c. Proceſ. fol.*3031. ; Et dixit, *che puole affermare, come lo sà, che giammai in tutto il tempo, che trattò, e communicò con la detta Serua di Dio, vidde in Lei coſa alcuna, nè ſentì parola, che al giudizio del Teſtimonio poteſſe condennar per colpa, perche la ſopradetta era tanto aggiuſtata, che in tutto daua ſegni della ſua gran giuſtificazione, e così fù tenuta, e venerata per Donna Santa, chiamandola tutti con queſto nome &c. Proceſ. fol.*2035. *ter.*

29 Teſtis CXIII. Proceſſus Informatiui, qui. *Diſſe che hà conoſciuto la Serua di Dio da diciannoue anni in qua in circa &c. Proceſſ. fol.*635., & ſuper 5. *che in tutto il tempo, che la pratticò la vidde ſempre andar creſcendo nella Virtù, anelando al colmo di eſſa, in tal maniera, che afferma non auerla viſta giammai commetter peccato alcuno, nè ſeppe, nè sà, che lo commetteſſe in vita ſua, e ſebbene la vidde auer alcune occaſioni da ſcoprire le imperfezzioni, ſtette la Serua di Dio con notabil pace, e ſerenità del ſuo animo, e ferma in non offendere Iddio, ne meno in coſa leggiera, e ſimilmente afferma non auer inteſo, che la ſopradetta commetteſſe peccato, ſe bene il Teſtimonio andò alcuni anni auuertito nelle ſue azzioni guardandola con qualche trauerſità per non dargli più venerazione di quella, che meritauano le ſue Virtù, e ſempre trouò, che le aueua in grado eroico, e ſuperiore, per il che fù generalmente tenuta, e venerata per Donna Santa &c. Summario pagin.*167. §.24.

30 Cùm ſupradictis concordant alij relati, & reſpectiuè indicati *in Summario num.*22. *à pag.*161. *vſque ad pag.*169.

31 Ex præmiſſis autem vniformibus & confeſſariorum, & Teſtium Dictis manifeſtè colligitur, de Virgine ſapiente, & vna de numero prudentum rem agi, quæ totius innocentia vitæ habuit oleum charitatis, aliarumque Virtutum; quo accenſas ſemper tenuit lampades ſuas, cum ipſiſque venienti Sponſo obuiam iuit, & introiuit cum eo ad nuptias. Tu enim, Beatiſſime Pater, audiſti, imò veriùs mentis oculis vidiſti raram auem in Terris, Ven. Mariannam, ratione ſexus quidèm certè infirmi roboris;

muta-

mutabilis animi: Corporis fragilis: lubricæ mentis; Sed quæ generis vincens naturam, & conditione ſua ſuperior exiſtens, virtute cum Viris ſapientibus certauit, illoſque ſuperauit; Siquidem in Pueritia nihil puerile geſſit in opere, ſed eam piè, & innocenter traduxit, atque exercitio virtutum illi ætati conuenientium incubuit, ac à ludicris, alijſque puerilium annorum illecebris ſe abſtinuit; ità ſupra ætatem præclarè ſe gerens, vt non tam Puella, quàm prouecta Mulier eſſe videretur, vt ex Teſtibus ſupra relatis, & in *Summario num.4. pag.20.*, *& ſeqq.*

32 Quod natura, aſpirante Diuina gratia, præluſit in Marianna Puella, id deinceps perfecit in totius eius vitæ decurſu, iuxtà illud ſapientis 20. = *ex ſtudiis ſuis cognoſcitur Puer, ſi munda, & recta ſint opera eius* = Quandoquidem ex pueritiæ indole, & moribus ferè deprehenditur, qualis totius vitæ deinceps futura ſit ratio; ſic Serua Dei Innocentiam, quam in Sacroſancto regenerationis Sacramento ipſa primò à Deo accepit, & in pueritia verbis, & factis, vt probauimus, oſtendit, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum conſeruauit. Toto enim ſuæ vitæ curriculò, annis ſcilicèt quinquagintanouem, quibus peregrinata eſt à Domino, tàm exactè obſeruauit Mandata Dei, & Eccleſiæ, propriique ſtatus obligationes adimpleuit, vt nullum peccatum, vel etiam veniale perfectè deliberatum Confeſſarij tàm longo tempore in ſe admiſſum repererint; Nec eiuſmodi quidquam omnes alij, etiam illi familiariter cum eadem verſantes, obſeruare, aut notare potuerint. Quam in rem præter Confeſſarios Ordinarios, & Extraordinarios, quamplures retulimus Teſtes, qui longiori tempore Seruam Dei, eiuſque Opera, & innocentiam nouerunt; Alios verò ad euitandam prolixitatem conſultò omiſimus; Cùm de cætero ferè omnes Teſtes examinati eiuſmodi innocentiæ elogium Seruæ Dei ab eius ortu ad occaſum texant in *Proceſſu Informatiuo ſuper quinto Articulo*, *& in Apoſtolico ſuper vigeſimo quinto*.

33 Hinc Confeſſarij in eorum Depoſitionibus fatentur haud quaquam ſcilicèt reperire potuiſſe in illius excipiendis Confeſſionibus, aut vix ſub dubio, materiam ſufficientem ad validam abſolutionem, iuxtà eorumdem verba relata ſupra §. 13., *& ſeqq.*, *& in Summ. numer.22. pag.162.* §. 7. *in fine*, *pagin.163.* §. 11., *pagin.164.* §. 14., *pagin. 165. ſub* § 18., *pag.166.* §. 22.; Inter autem eiuſmodi Dicta, oculis Sanctitatis Veſtræ ſubijcimus Dictum Teſtis I. *Proceſſ. Informat.*, qui pluriès exceperat Seruæ Dei confeſſiones in vita, illamque excepit prò vltimo agone, vt probauimus ſupra §. 21. *Nec prætermittendum*, quique teſtatur, vt in *Proceſſu fol.93.* ibi = *Nè in tutto il tempo, che il Teſtimonio la confeſsò, trouaua materia determinata di peccato, ſopra la quale poteſſe cadere l'aſſoluzione, di tal ſorte, che trouò, e vidde in queſta Serua di Dio vn grand' eſempio, e marauiglia di Santità &c.* =

34 Relatus æquabilis, conſtans, & inuariabilis incontaminatæ vitæ tenor, quem Marianna ità ſeruauit in omni ætate, in omni ſtatu, in omni tempore, in omni loco, in omni, varioque, quem aſſiduum natura humana experitur, paſſionum aſſultu, vt non modò à Dei amicitia numquam ſe auelli paſſa fuerit, ſed nihil omninò deliberatè admiſerit, quod vel leuiter illius feruorem minueret, aut labefactaret. Hic inquam conſtans Seruæ Dei vitæ tenor cum illa exacta declinatione à malo, quam ex Teſtibus audiuimus, eſt effectus adeò excellentis Diuinæ gratiæ priuilegij, vt in ſacra pagina ſingularis admirationis nota dignum habeatur, ſinè macula vixiſſe, dicente Eccleſiaſt.31. *Beatus Vir, qui inuentus eſt ſine macula; Quis eſt hic, & laudabimus*

*eum?*

*eum? qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit*; tanquam ſi Deo ipſi loquenti per os Eccleſiaſtici, admirationi foret, quemquam in eiuſmodi mortalium numero reperiri; & ſanè concludit, hominem talis vitæ, non vno nomine eſſe admirandum = *fecit enim mirabilia in vita ſua* =

35 At Serua Dei non modo fuit mirabilis in declinando à malo, ſed etiam in faciendo bonum; Virtutibus enim in Eccleſia Dei cumulatiſſimè illuxit quibus innocentis vitæ ſeriem ſupra probatam ab incunabulis vſque ad mortem mirabilitèr contexit, & exactè præcepta, & conſilia Euangelica adimpleuit, vt nulli parcentes labori per diſtinctum elenchum illarum actuum latè probauimus in noſtra *priori Reſponſione part. 1. in Reſponſione ad Animaduerſionem I. à pag. 4. §. 3. vſque ad paginam 26. num. 79.*

36 Verùm Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor Seruam Dei de quampluribus virtutum actibus, pijſque operibus laude dignam fatetur, præſertim verò *de admodum* [ſunt eius verba] *deuoto vitæ tenore, aſſidua oratione: iugi Eccleſiæ, & Sacramenti frequentia: mortificatione ſenſuum: morborum tolerantia: alijſque huiuſmodi*; nihilominus deeſſe releuantiam obijcit, heroicitatem ſcilicèt eorumdem actuum, neceſſariam ad effectum, de quo agitur; *Cùm virtus heroica*, vt proſequitur, *non in facili verſari debeat, ſed in arduo, & extraordinario*, iuxtà Doctrinam D. Thomæ, aliorumque DD. *in Animaduerſionibus* §. 15. relatorum; Pluresque demùm extrinſecas circumſtantias reſpicientes conditionem, & qualitatem perſonæ Seruæ Dei notat §. 16., ex quibus neque vitæ tenorem, neque gradus virtutum ad heroicitatis apicem pertigiſſe exiſtimat, licèt in alijs Dei Seruis eadem omnia heroicitatem ſapere, & in admirationem trahere poſſent.

37 Obiectionem tamen diluit ipſa veritas in facto, qua attenta vitam Seruæ Dei, ab eaque exercitas virtutes heroicas illuxiſſe, illiſque perpenſis eamdem inter fulgidos Eccleſiæ Heroes referendam eſſe, haud ſanè ambigendum videtur. Quod vt oſtendamus, tria breui oratione, vtpote ſapientiſſimis Suffragantibus explorata, præmittimus.

38 Primum eſt, Virtutem heroicam eſſe illam, quæ ſiue ex ipſa ſpecie actus, ſiue ob circumſtantiam interuenientem, quæ opus difficillimum reddat, erumpit in actum ſuperantem communem modum operandi aliorum hominum etiam virtuosè operantium; Vnde patet, actus heroicarum virtutum non eſſe diuerſos à cæteris operationibus virtuoſis, illis videlicet communibus, præterquam in perfectiori modo, vt docet D. Thom. *in 3. parte quæſt. 7. art. 2. ad 2.* ibi = *Habitus ille heroicus, vel diuinus non differt à Virtute communiter dicta, niſi ſecundum perfectiorem modum, in quantum ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodam altiori modo, quam communiter omnibus competat*, & ibidem Card. Caietan., *Roſignol. de Act. Virtut. lib. 1. cap. 9. pag. 71.* in initio, Card. de Lauræa *in 3. Sentent. tom. 2. diſputat. 32., artic. 3. num. 27.*

39 Alterum, quod heroicitas non conſiſtit in indiuiſibili, ſed ſuos habet gradus, & latitudinem, itaut detur maior, vel minor actuum heroicitas; cui ſemper addi poteſt iuxta illam S. Proſperi *in lib. Sententiar. Sententiam 102.* = *In hac Vita à ſublimiſſimis Sanctis non apprehenditur illa perfectio, cui non ſuperſit aſcenſio*; atque ad heroem conſtituendum ad effectum Canonizationis in Eccleſia Militante, ſatis eſt, vt ad aliquem heroicitatis gradum etſi minorem, & infimum, illum attigiſſe conſtet, Card. de Aguirr. *in Tract. de Virtut., & Vitijs diſp. 12. quæſt. 2. n. 25.*, vbi quod Virtus heroica *ſemper, & vbique retinet illam ſublimitatem animi &c.*

*mi &c. quamuis in hoc, vt dicebamus, ſit gradus ſummus, medius, & infimus iuxta ſummam, mediam, & infimam intenſionem habitus heroici; qui poteſt intendi magis, ac magis ſine termino certo,* & diffusè Matthæucc. *in Practica ad Cauſas Beatific. tit.2. cap.1. ſub* §.62., *cap.2. num.*30. *pag.*74., *& num.*50. *pag.*78., vbi concludit = *In linea heroicæ perfectionis gradus admitti, propter quod ſit, vt vnus alium heroem ſuperet, & inter ſe in gradibus heroicæ perfectionis, & ſupernaturalis Charitatis differant.*

40 Tertium, ad Heroem conſtituendam Seruam Dei prò effectu, de quo agitur, opus non eſſe Poſtulatoribus eam talem probare in ſingulis Virtutibus moralibus, ſed tantùm ſufficere, quod probent, eamdem in ijs Virtutibus heroem fuiſſe, de quibus oblata ſibi fuit occaſio, & ſecundum conditionem, gradum, ac ſtatum ſuæ perſonæ, & aduertunt Contelor. *de Canoniz. SS. cap.*15. *num.*10., Matthæucc. *in dicta Practic. tit.*2. *cap.*1. *num.*34. *pag.*37., & omnium melius, & vberius Eminentiſſimus de Lambert. *in celeberrimo opere de Seruor. Dei Beacificatione, & Beat. Canoniz. lib.*3. *cap.*21. *ſub num.*11. *pag.*256. *col.*1., *& ſub num.*15. *pag.*260. *col.*1., *&* 2.

41 His præmiſſis conſtans, & inuariabilis vitæ Innocentia quamcumque etiam leuem culpam perfectè deliberatam excludens ſuperius ex Teſtibus demonſtrata, quam Ven. Marianna per omnes ætates ſeruauit, ab Infantia ſcilicèt ad ſenectam vſque, & ſenium, ipſumque extremum mortalis vitæ diem; ac in omni ſtatu ſiue Seculari, ſiue Religioſo, & quam virtutum actibus in priori Reſponſione enumeratis contextam traduxit. Hic inquam vitæ tenor, qui apud omnes eſt in confeſſo, atque ab ipſo etiam Reuerendiſſimo Fidei Promotore veritate adacto extra dubium poſitus; hæc bona qualitas mentis adeò perfectè dominans menti Seruæ Dei, vt oppoſitas paſſiones vel extingueret, vel exurgere non permitteret: hæc firma, & intenſa adhæſio ad Deum, & Diuina: hæc tanta conſtantia in vero bono ſinè inordinata dilectione vel ſui ipſius, vel alterius cuiuſcumque prætereuntis boni: hæc vniformis, & perfecta innocentia, atque vitæ ſeries frequentibus, vt probauimus, & diximus, ac repetere iuuat, virtutum actibus contexta, ſepoſitis prò nunc illis, qui probantur in gradu eminenti, & heroico inferiùs ſingulatim recenſendis: hæc inuariabilis agendi ratio vſque ad obitum perſiſtens. Hæc inquam omnia, in quibus ſingulariter emicat Diuinitatis expreſſio: Hæc certè Sanctitatem Tuam, tuoſque ſapientiſſimos Conſultores æquos rerum æſtimatores in admirationem trahere debent, & in ſententiam declarandi Seruam Dei ſimpliciter, & heroicè perfectam in via: heroicas inſuper extitiſſe illius Virtutes tàm profundis radicibus in eius animo inſidentes

42 Sanè eiuſmodi inconcuſſa innocentiæ, & virtutis perennitas in humana, præſertim muliebri, mente infirma: in arbitrij libertate, ex qua homo ferè nunquam in eodem ſtatu permanet, & ex ſe ipſo vertitur in oppoſita; in humano ſpiritu intrinſecùs ad malum ſemper impellente: in natura lapſa prona ad malum, & imbecilla ad bonum; prædicta inquam Seruæ Dei firmitas, & incontaminatæ vitæ perpetua agendi ratio, eamdem planè ſupra homines conſtituunt, & admirandum in modum quodammodo accedentem oſtendunt ad Sanctitatem Diuinæ naturæ eſſentialiter inuariabilem iuxtà illud = *ego Deus & non mutor, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.*

43 Hæc autem ſatis probant heroicitatem Virtutum Ven. Mariannæ, quodque eadem inter Sanctitatis heroes iure annumeranda ſit. Vt enim firmauimus, homo heroicas virtutes tunc operari dicitur, cum operatur ſupra commu-

communem hominum virtuoſè operantium conditionem; Pluſquam verò communis, & vulgaris eſt virtutis, imò certè pluſquam humanæ, theſaurum innocentiæ etiam in minimis ſine vllo vnquam receſſu plenè voluntario in via ad Patriam cuſtodiſſe per decurſum quinquaginta nouem annorum ſuæ vitæ, ac etiam virtutis officia, vtcumque in ſenſu Animaduerſionum communia, numquam deſeruiſſe, enim verò longè communem virtuoſè operantium conditionem eminere patet Virginem, quæ bello numquam ſuccubuit bello autem diriſſimo, quod ſuis principiis, & varietatibus, quæ ex Patre Diabolo ſunt, excitat Mundus poſitus in maligno bello homini perpetuo indicto à Malignis ſpiritibus, qui aſſiduis eorum incurſibus iter noſtrum quaſi quidam latrunculi obſident: bello, quod quiſque habet cùm carne domeſtico hoſte, quo carere non poſſumus, ſemper concupiſcente aduerſus ſpiritum.

44 Ex his autem colligitur, quàm difficile ſit, & arduum diù, & vſque ad conſumationem perſiſtere in eiuſmodi perfecta vitæ innocentia, & tali, qualem, poſt illam omnium excellentiſſimam Beatiſſimæ Virginis, homo adultus habere poteſt, & ex ſuperius probatis habuit Serua Dei, illamque contexere omnium actibus virtutum ſtatui conuenientium, prout ab infantia ad vitæ vſque exitum eadem Serua Dei contexit, ex quibus etiam oſtenditur, ab eadem præcepta, & conſilia fuiſſe adimpleta, ex vberrimè deductis in *noſtris reſponſionibus* diſtributis prò Congregatione Antepræparatoria *à pagin*.4. §.3. *vſque ad pagin*.26.§.79. In hac verò iugi, & perpetua perſiſtentia in ſtatu innocentiæ, cùm numquam interrupta perſeuerantia in exercitio actuum earumdem Virtutum prò ipſarum opportunitate, & exigentia conſiſtit heroicitas ſufficiens ad Canonizationem, quamuis iidem actus ſecundùm rationem proprij obiecti non probarentur determinatè heroici, prout quamplures heroici probantur, vt inferiùs oſtenditur. Si enim Virtus heroica, vt notantèr aduertit Reuerendiſſimus D. Fidei Promotor §.15. *Animaduerſionum*, non in facili verſari debet, ſed in arduo, & extraordinario, certè quidem ex diffusè per nos ſupra deductis, ſpeciales, & longè arduas imò maximas habuit difficultates illa Seruæ Dei conſtantiſſima perſeuerantia annorum quinquaginta nouem, quandiù ſcilicèt vixit, in fuga ab omni malo, in qua ſita eſt innocentia, & in proſequutione totius boni, quod reſpicit omnium officia virtutum.

45 Talis porrò, atque tanta perſeuerantia eſt opus Virtutis habens magnitudinem bonitatis, & difficultatis perpenſa ipſa magnitudine diuturnitatis temporis, ad quam ſe extendit, & in qua occurrit ſpecialis ratio difficultatis, & bonitatis efficiens actus certè magnos ſecundùm proportionem, ſi non abſolutè, & quæ ideo non modò pertinet ad ſpecialem virtutem, verùm etiam comprehendit conſummationem, atque ſupremum, & heroicum gradum omnium virtutum; quod quidem ex ſe ſatis apertum videtur: prætereaque confirmatur ex Doctrina D. Thomæ in ſecunda ſecundæ quæſt.129. artic.primo in Reſponſione in corpore, vbi = *Aliquis actus*, inquit, *poteſt dici duplicitèr magnus. Vno modo ſecundum proportionem. Alio modo abſolutè. Magnus quidem poteſt dici actus ſecundùm proportionem etiam, qui conſiſtit in vſu alicuius rei paruæ, vel mediocris, (puta ſi aliquis illa re optimè vtatur) ſed ſimpliciter, & abſolutè magnus actus eſt, qui conſiſtit in optimo vſu rei maximæ.*

46 Sed expreſſiùs in eadem *ſecunda ſecundæ quæſt*.137. *artic.primo in Reſponſione in Corpore* vbi agendo de Virtute perſeuerantiæ, docet quod = *Opus virtutis poteſt habere bonitatem, & difficultatem ex duobus. Vno quidem modo ex ipſa ſpecie actus, qui accipitur ſecundùm rationem proprii Obiecti. Alio modo ex ipſa diuturnitate temporis. Nam hoc ipſum, quod eſt*

 diù

*diù inſiſtere alicui difficili, ſpecialem difficultatem habet. Et ideò diù perſiſtere in aliquo bono vſque ad conſummationem pertinet ad ſpecialem virtutem* = & artic.3. in reſponſione ad ſecundam, vbi docet, *quod in magnis operibus perſiſtere, difficilius eſt, ſed in paruis, & mediocribus diù perſiſtere, habet difficultatem, & ſi non ex magnitudine actus &c. ſaltem ex ipſa diuturnitate &c.*

47 Certè admirabilis, quam vidimus, & conſtantiſſima Seruæ Dei in proſequtione totius boni, & in fuga totius mali, perſeuerantia in tanta temporis diuturnitate, ſine nec leui declinatione à via recta etſi arcta, & difficili, eam oſtendit feruentem in Dei dilectione iuxta illud S. Auguſtini Tractat.87. in Ioannem = *Quis eſt longanimis in bono opere perſeuerанter manendo, niſi ferueat diligendo?* Et conſtituit ſupra communem aliorum Iuſtorum conditionem, & planè diuinæ virtutis participem, ac Sanctitati Diuinæ naturæ ſimilem, teſte Diuo Bernardo Sermone 21. in Cantica Tomo IV. eius Oper. col. mihi 615. num.6., vbi = *Sic non deſeret*, inquit, *ſpes in tempore malo, nec in bono prouidentia deerit, eriſque inter aduerſa, & proſpera mutabilium temporum tenens quamdam æternitatis imaginem, vtique hanc inuiolabilem, & inconcuſſam conſtantis animi æqualitatem, benedicens Dominum in omni tempore, proindeque vindicans tibi etiam in huius nutabundi ſeculi dubiis euentibus, certiſque defectibus; perennis quodammodo incommutabilitatis ſtatum, dùm te cœperis renouare, & reformare in inſigne illud antiquum ſimilitudinis æterni Dei, APVD QVEM NON EST TRANSMVTATIO, NEC VICISSITVDINIS OBVMBRATIO. Quippe ſicut ipſe eſt, ita & tu eris in hoc Mundo, nec in aduerſis timidus, nec in proſperis diſſolutus.*

48 Concordat Eminentiſſimus de Aguirre affirmans in Tract. de virtut., & vitiis diſp.12. quæſt.3., ſect.5. num.49., quod = *quiſquis non præcepta ſolùm, ſed conſilia Euangelica ſemper, & toto animi conatu deprehenditur ſeruaſſe vſque ad vltimum vitæ momentum, neque vnquam declinaſſe ab ea difficili, & anguſta via verbo, facto, aut omiſſione, idque iudicio communi omnium tantam vitæ perfectionem admirantium in mortali homine, is ſanè probabiliter creditur fuiſſe præditus virtutibus per ſe inditis in gradu heroico, imo etiam virtutibus acquiſitis in eodem gradu, quoniam in homine iuſto conſuetudo actionum honeſtarum viuida, atque robuſta abſque intermiſſione, ſimul auget moraliter Virtutes per ſe inditas, & phyſicè virtutes acquiſitas.*

49 Neque prætermittendus eſt Eminentiſſimus de Lambertinis, qui hanc materiam egregiè dilucidat. Ipſe enim libr.3. cap.22. ſui abſolutiſſimi Operis de Seruorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione explicando nonnullas quæſtiones ad heroicitatem virtutum pertinentes, *num.9. dicti capitis* 22. deſcendit ad examen aſſertionis ab aliquibus Theologis inſinuatæ, an videlicèt Heros ſit, qui toto tempore vitæ ſuæ innocentiam baptiſmalem conſeruauit, itaut inuariabilitas iſta ſatis ſit prò conſtituenda Euangelica heroicitate; Poſt verò relatam plurium ſententiam dictam heroicitatem admittentem, ſuam explicat diſtinctione plurium caſuum, quorum *tertius*, præſuppoſito prò nunc, non tamen admiſſo defectu actuum arduorum Virtutum in ſpecie de quibus infra ſuo loco, amuſſim applicatur huic noſtro, ad notata per Emum Authorem *dicto cap.*22. *ſub num.*11. ibi = *Tertius caſus eſt, in quo innocentia vitæ à Confeſſarijs aſſerta, Dictis Teſtium confirmatur, qui actus ſpecificant cum enarratis qualitatibus* (promptitudinis, facilitatis, & delectabilitatis pauló antè relatis) *& cum obſeruantia præceptorum, & conſiliorum*

iuxtà

*iuxtà ſtatum perſonæ Serui Dei, vel Beati, & iuxtà circumſtantias, in quibus, dum viueret, fuit conſtitutus: & de hoc tertio caſu loquendo, non videtur aliquid deeſſe prò approbatione virtutum requiſitum in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem; licèt enim non doceatur de actibus arduis in particulari admirationem excitantibus, tota nihilominus vitæ ſeries, continuataque innocentia per integrum vitæ curſum media inter pericula peccandi, quibus expoſiti ſunt illi, qui degunt in humanis, vnà cum exacta obſeruantia præceptorum, & conſiliorum arduitatem conſtituunt, & conſiderantibus admirationem ingerunt.*

50 Caſus inquam poſitus ab Eminentiſſimo de Lambertinis amuſſim applicatur caſui noſtro, in quo concurrunt omnia, quæ ipſe requirit ad approbationem virtutum in ſpecie in gradu heroico in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem; ſiquidem prò illa obtinenda expoſcit innocentiam vitæ à Confeſſariis aſſertam, & Dictis Teſtium comprobatam; atque talem illam exhibent Poſtulatores, vt patet quoad Confeſſarios ex deductis ſupra à §.4. *In Hiſtoria & ſeqq.* Quo verò ad comprobationem Dictis Teſtium, ex relatis ſupra à §.25. *Pulchritudinem, cum ſequentibus*. Exigit deinceps, quod Teſtes ſpecificent actus Virtutum, eoſdemque exercitos cum qualitatibus promptitudinis, facilitatis, & delectabilitatis. Et prò eo, quod ſpectat ad ipſos actus, ne iam dicta inutilitèr repetamus, Sapientiſſimos Suffragantes remittimus ad noſtras priores *Reſponſiones*, in quibus *pag.*4. §.3. *vſque ad pag.*26. §.79. datur Catalogus eorumdem actuum reſpectu omnium Virtutum tùm Theologalium, tùm Cardinalium, illiſque annexarum; Qui quidem actus, ſi non omnes, ſaltem tamen prò maiori parte ſunt ſpeciales quoad ſingulas Virtutes Theologales, & Cardinales, non verò conſiderari valent = *vt plurimùm ſpecies quidem, ſeu genera ſubalterna Virtutum*, iuxtà verba Animaduerſionum; cùm Poſtulatorum intentio probetur ex ipſa inſpectione *Summarij*. Quod verò eiuſmodi actus exerciti fuerint cùm qualitate promptitudinis, facilitatis, & delectabilitatis patet tùm ex recenſitis in dictis *Reſponſionibus pag.*20. §.58. 59. 60., *pag.*21. §. 61. 62. *pag.*79. §.3. propè finem, & omnium pleniſſimè *pag.*81. §. 13., *vbi ex Summario* probarunt Poſtulatores, quod quoties data fuit occaſio, vt reuerà ſæpenumero data fuit, totiès in eliciendis Virtutum quantumuis carni auerſarum actibus, promptè, iucundè, facilitèr, inſuper & cum gaudio Serua Dei ſeipſam ſemper exhibuit. Exoptat deinde obſeruantiam præceptorum, & conſiliorum iuxtà ſtatum perſonæ; & reſpectu præceptorum nulla videtur neceſſaria ſpecialis probatio in hoc caſu, in quo ex ſupra deductis conſtat de innocentia vitæ immunis etiam à venialibus plenè voluntariis, quæ exactiſſimam præceptorum obſeruantiam neceſſariò præſupponit, quia ſtare nequit iuſtitia cum iniuſtitia: innocentia in eo ſita, vt aliquis nunquam peccauerit, & in obſeruantia præceptorum, in quibus, iuxtà Diui Iacobi ſententiam, qui offendit in vno factus eſt omnium reus; nihilominus tamen exhibetur in *Summario* probatio exactiſſimæ illorum obſeruantiæ, de qua in *dictis noſtris Reſponſionibus pag.*19. §.54., & 55. Exactiſſima verò obſeruantia Euangelicorum conſiliorum, iuxtà ſtatum Seruæ Dei, probatur ex deductis in ſæpedictis noſtris *Reſponſionibus pag.*15. §.41.

51 Prædicta omnia arduitatem conſtituere, & conſiderantibus admirationem ingerere, licèt non doceretur de actibus arduis in particulari, ideò nihil in præmiſſo caſu deeſſe prò approbatione Virtutum in ſpecie in gradu heroico in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem concludit ſæpelaudatus Eminentiſſimus Author. Cum autem, vt oſtendimus, ſit par illi

 noſter

noſter caſus: eadem ratio: ſimiles circumſtantiæ: non diſſimilis ac in illo, debet eſſe concluſio: præſertim quia, quæ theoricè docuit Eminentiſſimus de Lambertinis, practicè adimpleta noſcuntur in Ven. Marianna, cuius vita in oculis omnium perfectiſſima, & mirabilis apparuit: Virtutes adeò excellentiſſimæ, & heroicæ enituerunt: vt illam in vita, in morte, ac poſt mortem, ſanctitate admirabilem effecerunt apud omnes: puſillos, & magnos: potiſſimùm apud Viros ſummæ probitatis, & doctrinæ: apud Theologos, ac perſpicuos Religioſos: apud Nobiles, & Magnates: apud Supremi Conſilij Regios Conſiliarios: apud Prælatos, & Epiſcopos: apud S. R. Eccleſiæ Cardinales: apud ipſas demùm Hiſpaniarum Regis, & Reginæ Catholicas Maieſtates, vt latè probauimus in ſæpedictis noſtris *Reſponſionibus à pag.* 81. §. 14. *vſque ad pag.* 84. §. 26.

52 Itàque, Beatiſſime Pater, ſi talia, & tanta, quæ vidimus, ſunt merita Ven. Mariannæ: tale eius viuendi genus: tales res ab ea geſtæ: tales virtutes exercitæ: talis eius fama Sanctitatis: eius opinio: eius nomen etiam apud Viros Principes, iam Cauſa confecta eſt; Te præſertim Iudice, qui iuſtitias diligis, æquitatem vides: Suffragantibus ad conſulendum tot, & tantis, quot nouimus, præſtantiſſimis Viris electis de millibus.

53 Verùm, quatenùs per falſam hypotheſim, etiam opus eſſet ad effectum Beatificationis, & Canonizationis, vt heroicitas ſingularum virtutum in ſpecie magis diſtinctè probaretur ex actibus abſolutè magnis, nimirùm heroicis; Id quidem iam præſtitum fuit in noſtris *Reſponſionibus* diſtributis prò Congregatione Antipræparatoria *par.* 2. *de heroicitate Virtutum à pag.* 77. §. *primo vſque ad pag.* 83. §. 26.; Iterumque magiſque præcisè iuxtà Animaduerſionis inſinuationes per chronologicam actuum Seriem, ſeù Cathalogum, quantum Acta vtriuſque Proceſſus, Teſtiumque depoſitiones, vt præuentiuè ſub §. 3. dictum eſt, ſuppeditant, præſtabimus. Antequam tamen illius laborem aggrediamur, pauliſper, ac tanquàm in illius procemio, perpendi exoramus illos virtutum actus, quos Seruam Dei exercuiſſe, veritate adactus fatetur vel ipſe Rmus D. Promotor, qui tamen illos in facili verſatos dicit, & proinde de heroicitatis gradu deijcit; cum reuerà longè ſuperent communem operandi modum hominum vituosè operantium: & omninò heroici ſint. De illis verò hæc habet Dñus Promotor ſub §. 15. Animaduerſionum = *Etſi enim in Serua Dei inficiari nequeat* ADMODVM DEVOTVS VITÆ TENOR: ASSIDVA ORATIO: IVGIS ECCLESIÆ, ET SACRAMENTI FREQVENTIA: MORTIFICATIO SENSVVM: MORBORVM TOLERANTIA: ALIAQVE HVIVSMODI; *Hæc tamen ad heroicitatis culmen non poſſe pertingere videbantur, cùm virtus heroica non in facili verſari debeat, ſed in arduo, & extraordinario.*

54 Modò relati actus virtutum, imò veriùs genera ſubalterna virtutum ſub ſe comprehendentes plures earumdem actus in ſpecie, nec modici ſunt, nec leuioris momenti, neque tales, vt ad heroicitatis culmen virtutes Seruæ Dei pertingentes non oſtendant. Ex facili autem eiuſmodi heroicitas deprehenditur, ſi non ex ipſa ſpecie actuum ſecundùm rationem proprij obiecti, certè quidem ſiue ex occurrentibus, ſiue ex concomitantibus circumſtantijs, vt patebit agendo de ſingulis.

55 Admittitur à Rmo D. Promotore, cum inficiari nequeat, vt ipſe fatetur = *admodùm deuotus vitæ tenor Seruæ Dei*: ſed, vt diximus, impugnatur illius heroicitas; verùm in quo ſenſu verba = *Deuotus vitæ tenor*, vox ſcilicèt = *Deuotio* = ſumi debeat in Eccleſiæ vſu, prius quærendum eſt: poſtea qualis fuerit Seruæ Dei deuotio: *deuotus vitæ tenor*, & an heroicus aperiendum. Et ſermonem habendo de priori, dicendum eſt cum D. Thoma 2. 2. queſt. 82.

quæſt.82.artic.1.in Reſponſione in corpore, quod deuotio *eſt voluntas quędam promptè ſe tradendi ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum . . . Manifeſtum eſt autem, quod voluntas prompta faciendi, quod ad Dei ſeruitium pertinet eſt quidam ſpecialis actus; vnde deuotio eſt ſpecialis actus voluntatis*; Et cum hac Angelica Doctrina concordat Card. Bona *in Tractat. de Diuina Pſalmod. cap.*19. *De diſciplina Pſallendi* §.7. *ſub num.*1. *pag. mihi* 569., & S. Franciſcus Saleſius, qui in Tractat. *Introduzzione alla Vita Deuota par.*1. *cap.*1. §. *La vera in fine*, ibi = *In ſomma la diuozione non è altra coſa, che vna agilità, e viuacità ſpirituale, per mezzo della quale la carità fà le ſue azzioni in noi, o noi per mezzo ſuo prontamente, ed affettuoſamente; e come appartiene alla carità il farci oſſeruare tutti li Commandamenti di Dio in generale, ed in vniuerſale, così appartiene alla diuozione il farcelo fare prontamente, e diligentemente.*

56 Nunc videndum qualis fuerit Seruæ Dei Deuotio: Deuotus vitæ tenor, nempè iuxta nunc dicta, prompta voluntas: peculiaris quædam animi propenſio ad Deum, & res Diuinas, Reuerendiſſimus Dominus Promotor fatetur tenorem vitæ *admodum deuotum*; ſed Poſtulatores illum probant maximè deuotum: probant *deuotionem*, cui incubuit Serua *Dei*, feruidiſſimam: probant Deuotionem ab infantia cum Serua Dei accreſcentem vſque ad vitæ exitum: vtique probant actibus, & ſignis exterioribus, ex quibus Theologi communiter affirmant, internam deuotionem aperiri, & externam oſtendi, inter alios diſtinctè relatis à Matthæucc. in ſua Practica ad Cauſas Beatification., & Canonization. tit. 2. cap. 3. §. 2. pag. 94. num. 15. ibi = *Interna* [ Deuotio ] *importat internum animi affectum, quo promptus quis, paratuſque eſt ad illa præſtanda, per quæ non tàm mente, quàm externo corporis geſtu Deo reuerentiam exhibemus: a qua procedit externa Deuotio, cuius actus ſunt, Sacros Ritus, cæremoniaſque in* Dei *cultum ab Eccleſia inſtitutas, demiſſis oculis, compoſitione corporis, humili grauitate diligentèr exequi: coram Deo, & Sanctis procumbere, & genuflectere, caput aperire, & inclinare, pectus tundere, Sacramenta feruore, & lachrymis recipere, à vanis, ſuperfluiſque colloquiis temperare; operibus conſilii incumbere, officiiſque ſupererogationis propter Deum attendere, Eccleſias ædificare, inſtaurare, dotare &c., & ſimilia opera, quæ Deo placita ſunt. Qui hæc agunt ſignis exterioribus, internam mentis deuotionem aperiunt, & deuoti appellantur; augentque deuotionis gradum, quatenus feruentiori cura, atque conatu Sacra* Mini*ſteria tractant, & negotium ſalutis ex propoſito agunt.*

57 Deuotionis actus ex Matthæuccio ſupra tranſcriptos, ſtatui tamen proportionatos, Serua Dei in omni occaſione, in omni tempore, in omni ætate à teneris annis exercuit, non perfunctoriè, neque remiſsè, ſed alacritèr, promptiſſimè, & perſeueranter, vt Poſtulatores demonſtrant ex relatis in *Summario*, & in Proceſſibus, in quibus plurimæ res ſunt, quæ *ſublimem Seruæ* D*ei Deuotionem* oſtendunt, & primùm matutina laudis ſalutatio erga Deum, & Beatiſſimam Virginem: Summa vigilantia, aſſiduumque ſtudium, ac vehemens deſiderium ſe exercendi in Diuinis laudibus, illiſque in Eccleſiæ intereſſendi, prout præſens aderat ſummo mane, vt deponit Teſtis XXXII. Proceſs. Apoſtolici, quæ nouit Seruam Dei *ventiquattro anni prima, che moriſſe* Proceſs. fol. 1498., & ſuper 6. dixit: *Che dal trattato, e communicazione, che hà detto, con queſta Serua di* Di*o, vidde, che la ſopradetta era molto dedita all'orazione, e lo sò, perche la ſopradetta ſi rizzaua molto à buon ora, e ſubito ſalutaua la Teſtimonia, dicendogli: Sia laudato il Santiſs. Sagramento, e la puriſſime* C*oncezzione della Madonna, & io ſono ſua Schiaua, che facciamo Gregoria?*

*E ſu-*

*E ſubito ſe n'andaua alla Chieſa del Conuento di Santa Barbara, doue aſſiſteua in orazione ſino al mezzo giorno, e ſentendo Meſſa, & aſſiſtendo alli Diuini Officj, & à queſt'ora ſe ne tornaua alla ſua Cella, e qui ſtaua ſino all'ora terza della ſera, che ſe ne tornaua alla detta Chieſa, e vi ſtaua ſino à notte, che ſi ſerraua la Chieſa &c.* Summario pag. 98. §.6.

58 Concordat *Teſtis CLXXIII. eius Socia Summario pag.* 105. *ſub* §. 34., & *Teſtis CXC. pag.* 106. *ſub* §. 38.

59 Tùm ingens deuotionis æſtus orandi ante Altare Sanctiſſimi Sacramenti, quo impulſa Serua *Dei* albeſcente polo, ſpreto cubili ſurgebat, & è Cella proſiliens; Eccleſiam Sanctæ Barbaræ petebat ante eius oſtium, quod ſæpè reperiebat præcluſum, genuflexa orans ſub dio expectabat vſquequo Sacriſta illud aperiret, vt deponit idem Sacriſta Teſtis CLXIII. Proceſſus Apoſtolici, qui dixit: *Eſſer Sacerdote &c., e ſono 20. ò 22. anni, che è Religioſo, & è Sagreſtano* Maggiore *del* Conuento *di Santa Barbara &c. e che da che è Religioſo conobbe, e trattò la Venerabile Serua di Dio*: Proc, fol. 2745., & terg., & ſuper 6. dixit: *Si rizzaua a boniſſima ora, e parlando di queſto col Teſtimonio, li diſſe la ſopradetta, che era tanto il deſiderio, che aueua di venire à fare orazione auanti il Santiſſimo Sagramento, che non ſi poteua quietare, e così molto ſpeſſo quando il Teſtimonio apriua la porta della Chieſa con eſſer molto à buon' ora, LA TROVAVA POSTA INGINOCCHIONI IN ESSA, ASPETTANDO, CHE APRISSERO &c.* Summario pag. 104. §. 29. poſt med.

60 Orabat Serua Dei in ſua Cellula, ait eius Socia Teſtis CLXXIII. *Sinche li pareua ora congrua per andare al Conuento di Santa* Barbara, *doue ſempre ſtaua aſpettando, che ſi apriſſe, & aprendoſi la porta della Chieſa ſubito entraua &c.* Summar. pag. 105. ſub §. 34.

61 Teſtis XL., qui nouit Seruam Dei *più di venti otto anni* Proc. fol. 1601. terg., & ſuper 26. artic. dixit; *Che ſempre la vidde* [ Seruam Dei ] *aſſiſtere nella Chieſa di Santa Barbara, da che cominciaua il giorno, e molte volte vidde il Teſtimonio, che la ſopradetta aſpettaua che apriſſero la porta per entrare, & aſſiſtere con tanta deuozione, quiete, e riuerenza alli Diuini Officj, che ſenza altra gran cauſa di neceſſità del Proſſimo non ſi diuertiua, e queſto tutto il giorno, come hà detto*: Summario pagin. 171. §. 8.

62 Teſtis L., quæ *quindici anni trattò colla* Serua *di Dio*: Proc. fol. 1750., & ſuper 6. dixit: *Che la Teſtimonia dal tempo, che confamiliarità trattò l'amicizia di queſta Serua di Dio ſi rizzaua molto à buon' ora, & andaua alla Chieſa di Santa Barbara, nella quale molte volte volte trouaua la detta Serua di Dio, & altre volte alla porta aſpettando, che apriſſero, perche appena era ben di giorno, & entrauano nella Chieſa &c.* Summar. pag. 99. §. 11.

63 In Eccleſia iugi oratione vacabat flexis genibus: *in orazione, nella quale* [ Serua Dei ] *aſſiſteua inginocchioni ſino all'ora del mezzo giorno, e tal volta alquanto più*: dicto Summar. pag. 99. §. 11. ad med.

64 Mentis feruentiſſimam, & ſupereminentem deuotionem erga Auguſtiſſimam Triadem, & Sanctiſſimum Altaris Sacramentum, quam *Serua* Dei à prima ætate profeſſa eſt, de qua inferiùs, oſtendit exterioribus actibus circa Dei cultum, & honorem; Siquidem Soror Seruæ Dei Teſtis CVII. ait: *E del Santiſſimo Sagramento conobbe la ſua gran deuozione, in che ſempre tutto il tempo, che la conobbe in caſa ſua, tutto il lauoro, che faceua era in ſeruizio del Santiſſimo Sagramento, & ornamento degli Altari, e cauò licenza da ſua Madre, perche la Teſtimonia l'aiutaſſe in queſti lauori, ancorche per queſto laſciaſſe qualſiuoglia altra occupazione.*

*E ſi-*

*E ſimilmente della Santiſſima Trinità, perche inſegnandoli la Dottrina, gl'inſegnaua ancora à conoſcere queſto Miſtero*: Summario pagin. 27. §. 36.

65 Teſtis CVIII. alter ex Confeſſarijs Ordinarijs Seruæ Dei Superior Generalis Mercen. Diſcalceat. *Vidde, che quando la detta Serua di Dio entraua in Chieſa faceua trè riuerenze prima di accoſtarſi ad' adorare il Santiſſimo Sagramento*: Proc. fol. 2316. ſuper 4., & ſuper 6. dixit: *Similmente moſtraua quanto era data al Culto Diuino in procurare coſe per la Sagreſtia, e fiori da mettere auanti il Santiſſimo Sagramento, & ornamenti, che faceua per mandare ad altri Conuenti poueri*: Summar. pagin. 172. §. 13.

66 Modò dictus Teſtis CLXIII. Sacerdos Sacriſta maior ſæpedictæ Eccleſiæ Sanctæ Barbaræ, qui ſuper quarto dixit: *Era ſingolare la ſua* [ Mariannæ ] *tenerezza, e deuozione del Santiſſimo Sagramento dell'Eucariſtia, portandoli grandiſſima riuerenza, facendo molte riuerenze, e portando fiori del ſuo Giardino quaſi ogni mattina, perche ſi metteſſero nella ſua cuſtodia, e quando ſtaua ſcoperto faceua molti ſegni della ſua gran deuozione, & era innammorata di queſto ſoprano Miſtero, e daua quaſi tutta la cera, che ſi conſumaua nell'Altare, quando ſi ſcuopriua Sua Diuina Maeſtà, e cercaua acque odorifere, e profumi per ſimili occaſioni, gettando dal ſuo viſo ſegni di allegrezza in ſimili Feſte &c.* Proceſs. fol. 2747.

67 Teſtis CXCIV., qui dixit: *Che hà conoſciuto la Serua di Dio da che ſi sà ricordare, perche furono alleuati aſſieme, & erano quaſi d'vna medeſima età &c.* Proc. fol. 3031., & ſuper quarto dixit: *Notò in particolare, che era* [ Serua Dei ] *per eſtremo deuota del Santiſſimo Sagramento, perche pareua ſe li partiſſe l'anima, per andare doue ſtaua ſcoperto queſto Signore come lo vidde il Teſtimonio, e l'auuertì con particolare attenzione* = Proc. fol. 3032.

68 Aliæ plurimæ notari poſſent actiones Seruæ Dei, quæ indicia ſunt huius nobiliſſimi actus Religionis, nempè *Deuotionis*, ſed rem concludimus cum Teſtibus nempè I. Proceſs. Informatiui Compulſ. Confeſſario Seruæ Dei, qui dicit = *Che da dodici anni in quà conoſce la Serua di Dio &c.* Proceſs. fol. 78., & ſuper 4. artic. dixit = *Al tempo, che trattò, confeſsò, e communicò colla Serua di Dio, vidde, e conobbe in lei la rara, e gran deuozione, che aueaa al Miſtero della Santiſſima Trinità, del Santiſſimo Sagramento, & altre deuozioni contenute nell'articolo, NEL CHE SI SVISCERAVA AL POSSIBILE CON GRAN PERFEZZIONE, nel che ſi conoſceua il gran feruore del ſuo ſpirito, e deſiderio di accertare nel ſeruizio di Noſtro Signore*: Proc. fol. 92. terg.

69 Et cum altero XLVII., qui dixit *Che hà conoſciuto la Serua di Dio da che hà auuto l'vſo di raggione, perche ambidue ſono quaſi di vn medeſimo tempo, e da bambini molto piccoli ſi alleuorno inſieme*: Proceſs. fol. 331. terg., & ſuper quarto artic. dixit: *Che dalli primi anni d'età di queſta Serua di Dio, e per tutto il decorſo di ſua vita fù queſta Serua di Dio in eſtremo deuota del Miſtero della Santiſſima Trinità, del Santiſſimo Sacramento, della paſſione, e morte di Criſto, e della Santiſſima Vergine Maria, moſtrando con teneri affetti il grande amore, e deuozione che portaua à tutti li Miſterj riferiti, e deuozioni, & altre che non potè conoſcere il Teſtimonio.* Proceſ. fol. 331. terg.

70 Relatus agendi modus in eliciendis *Deuotionis* actibus eſt adeo rarus, & excellens ſupra communem hominum virtuosè, ac deuotè operantium, conditionem, vt in admirationem Fideles, Viroſque etiam graues, & pios excitet, ac reuerentiam conciliet tali deuota mente Domino famu-

mulantibus; Certoque certiùs erumpit in heroicum propter arduitatem interuenientem ad talem, tantamque Deuotionem comparandam, eamque poſſidendam, & perſeueranter conſeruandam vſque ad vitæ exitum; *Cum Deuotio*, vt inquit Cardinalis Bona, de Diuina Pſalmo d. cap. 19. §. 7. num. primo in fine. *Cum Deuotio difficilis acquiſitu ſit ob naturæ corruptionem, ob prauos habitus, & Dæmonum peruicaciam &c.*, & diffusè de hac Deuotionis heroicitate Matthæucc. in dicta Practica ad cauſas Beatificat. dicto tit. 2. cap. 3. §. 2. num. 17. ibi = *Signa verò heroicæ Deuotionis ſunt, non remiſsè, non perfunctoriè in antedictis, aliiſque ſe occupare, quæ ſunt Diuini Cultus, ſed ea ex Dono Spiritus Sancti, ſpecialique gratiæ motione promptiſſimè, alacritèr, & perſeuerantèr in omni occaſione præſtare &c.*

71 Admittitur à Reuerendiſſimo Domino Promotore inter Virtutes Seruæ Dei = *Aſſidua oratio* = ſed ab illa ſub eo quod ageretur de re facili, excluditur heroicitas. At Poſtulatores præter aſſiduum quod ex Teſtibus in cauſa examinatis oſtendunt à prima Seruæ Dei ætate vſque ad obitum orationis exercitium, quamplura ex illis colligunt, quibus eam probant in gradu heroico: Et quorum aliqui oculis RR. PP. ſubijciuntur, nempè Teſtis XVI. Proc. Infor. Religioſa Tertij ord. S. Franciſci, quæ ſuper primo artic. dixit = *che quando la Teſtimonia la cominciò a conoſcere* [ Seruam Dei ] *che poſſono eſſere più di ventiſette anni &c. Proc. fol.* 167. *ter.*; *Et ſuper* 2., & 3. *da chi* ( *à Mariana* ) *ella pigliaua eſempi di virtù come ſua Compagna familiare &c. Proc. fol.* 168., *& ſuper* 10. = *quiui in Caſa di ſuo Padre, doue paſſaua queſto, che và dicendo, dalla prima ora della notte, che già la gente di ſua Caſa ſtaua ritirata, faceua le ſue diſcipline, e ſtaua in orazione ſino alla mattina &c. Summario pag.* 234. §. 27. *ad med.*, *& ſuper* 12. = *fù tanto continua, e perſeuerante nell' orazione queſta Serua di Dio, che gli ſucceſſe molte volte come la Teſtimonia la vidde, ſtarſene la ſopradetta parte in orazione dalla mattina à buon ora ſino à mezzogiorno, ſtaua ſenza rizzarſi da vn luogo, e con vn ſoſſiego, e quiete amirabile, & ordinariamente di notte, e tutto l'altro tempo, che poteua, e crede la Teſtimonia, che la detta Serua Dio gia mai mancaua dalla preſenza di noſtro Signore cauando motiui di lodarlo da tutto quello, che vedeua, e gli occoreua con ſingolar tenerezza, e deuozione Proc. fol.* 171. huius Religioſæ teſtantur Iudices Remiſſoriales, *la gran qualità della ſua perſona, e la ſua notoria virtù*, e gran fama *di Santità in queſta corte* Regis Catholici, *Proc. fol.* 1248.

72 Teſtis XXXV. Proc. Apoſt., quæ nouit Seruam Dei *quattordici anni prima che moriſſe* Proc. fol. 1536. ter., & dixit = *ſempre vidde queſta Serua di Dio aſſiſtere alla Chieſa di S. Barbara tanto la mattina, quanto la ſera con grande attenzione, e guſto ſentendo meſſa, aſſiſtendo alle ore, che ſi diceuano nel Coro &c., & in particolare auertì ſua Signoria, che alcune volte, che andaua à buon ora à viſitarla, e la trouaua nella ſua Cammera, toccando la Campana del veſpero ſubito ſi rizzaua, e diceua che ſe n'andaſſero in Chieſa, viuendo con queſta puntualità &c. Summario pag.* 170. §. 5.

73 Teſtis XXXVIII. qui nouit Seruam Dei *dodici anni in circa* &c. *Proceſſ. fol.* 1565., diſſe = *Queſta Serua di Dio aſſiſtiua ordinariamente nella Chieſa del Conuento di S. Barbara, ſtandoſene il giorno nella Chieſa, e tanto la mattina, quanto la ſera, mentre nel Coro ſi diceua l'offizio Diuino &c.* Summario dicta pag. 170. §. 6.

74 Teſtis XXXIX. quæ in *ſedici anni, che la conobbe* [ Seruam Dei ] *Proceſ. fol.* 1579. *ter.*, diſſe = *la vedeua* ( Seruam Dei ) *ordinariamente aſſiſtere alle*

*alle Meſſe, e Diuini Offici, che ſi celebrauano nella Chieſa del Conuento di S. Barbara con molta quiete, e ſegni di diuozione &c., nel cui eſſercizio la vidde ſpendere tutto il tempo del giorno, e della notte lo ſentì dire dalla detta Serua di Dio, che per ſua edificazione, e buon eſempio della Teſtimonia, gli lo diſſe alcune volte, & il medeſimo lo inteſe da Suor Caterina, ch'era ſua Compagna &c., e la Teſtimonia vedeua la detta Serua di Dio molte volte auanti giorno aſpettare, ch'apriſſero la Porta della Chieſa per entrarci alle coſe ſopradette &c.* = æummar. pagin. 170. §. 7., & pagin. 171.

75 Teſtis XL. Qui nouit Seruam Dei = *più di ventiotto anni* Proceſ. fol. 1601. ter., & dixit = *ſempre la vidde* (Seruam Dei) *aſſiſtere nella Chieſa di S. Barbara, da che cominciaua il giorno, e molte volte vidde il Teſtimonio, che la ſopradetta aſpettaua, che apriſſero la Porta per entrare, & aſſiſtere con tanta diuozione, quiete, e riuerenza alli Diuini Offici &c., e queſto tutto il giorno &c. = Summario pagin.* 171. §. 8.

76 Teſtis XCIII. Quæ nouit Seruam Dei *quindici ò ſedici anni Proc. fol.* 2175. *ter.*, & de eadem Serua Dei, dixit, quod = *Aſſiſteua à tutti gl'Offici Diuini di giorno, e di notte, ed in quanto al giorno, tutti lo vedeuano; Et in quanto alla notte ſtando nella ſua Cella nella Caſa, che aueua appartata dalla Chieſa, sà che quando ſonauano alli matutini ella ſtaua in orazione veſtita; E quando ancora ſtaua inferma in letto, à queſt'ora ſtaua in orazione; E quando abitò nell'appartamento delli Padroni, che hanno la fineſtra in Chieſa, ſi rizzaua alli Balconi, ed anco paſſaua la maggior parte della notte in eſſi &c. = Summar. pagin.* 172. §. 11.

77 Teſtis CVIII. Superior Generalis Mercenar. Diſcalceatorum, & Confeſſarius Seruæ Dei, qui eam nouit *otto, ò noue anni &c. prima che moriſſe Proc. fol.* 2315. = *Queſta Serua di Dio da che ſi apriua la Chieſa di S. Barbara ſino al mezzo giorno, e dopoi tutta la ſera aſſiſteua ordinariamente auanti il Santiſſimo Sagramento, doue non ſolo ſtaua in orazione, e ſentendo meſſe, come hò detto, mà aſſiſtendo con molta attenzione alli Diuini Offici, che ſi diceuano in Coro, e queſto continuamente, ſe già non aueua giuſto impedimento di mancanza di ſalute &c., & in quanto à che aſſiſteſſe di notte alli Diuini Offici &c. aſſiſteua alli matutini delle feſte grandi, che la Santa Chieſa coſtuma, che vadino li Fedeli alla Chieſa &c., come ſono le notti di Natiuità, Reſurezzione, e Settimana Santa; E quando abitò nell'appartamento, che li Signori Padroni della Chieſa di S. Barbara vi hanno, tien per certo, che non ſtando attualmente inferma, aſſiſteua alli matutini dalli Balconi, che rieſcono alla Chieſa &c.* d. Summario pag. 172. §. 12., & 13.

78 Teſtis CLXXIII. Socia Seruæ Dei annis decem, & nouem, quæ dixit: *Che à tutte l'ore, e in tutti i luoghi, e con qualſiuoglia motiuo ſempre la detta Serua di Dio trouaua occaſione di orare, e così per coſa particolare l'oſſeruò la Teſtimonia, e referendo minutamente quello, che sà circa il contenuto in eſſo, diſſe, che la detta Serua di Dio era ſolita rizzarſi tanto à buon ora à far orazione, che appena la Teſtimonia può determinar l'ora, perche rizzandoſi la Teſtimonia molto à buon ora, già la trouaua in orazione, e veſtita, ſe bene in letto e l'altra mattina rizzandoſi più à buon'ora; ſimilmente la trouaua in orazione, e così ſtaua finche li pareua ora congrua per andare al Conuento di S. Barbara, doue ſempre ſtaua aſpettando, che ſi apriſſe, & aprendoſi la porta della Chieſa, ſubito entraua, e ſonata la Campana, che chiama li Religioſi all'orazione, che ordinariamente l'eſtate è dalle cinque alle ſei della mattina, e l'inuerno dalle ſei alle ſette, la ſopradetta ſi metteua in orazione, ritirandoſi à vn cantone della Chieſa, e quiui aſſiſteua all'ora della Communità con tanto ritiramento, che in neſſun*

*modo in quell'ora ſe bene foſſe venuta qualſiuoglia perſona di grandiſſima qualità à viſitarla, non gli parlaua, e finita queſt'ora d'orazione allora parlaua, & alle volte ſi communicaua prima d'entrare, all'orazione, & il più ordinario era immediatamente ſubito paſſata la detta ora alla prima Meſſa, che vſciua, & eſſendoſi communicata, e licenziati li ſuoi Proſſimi, ſubito tornaua à ritirarſi, aſſiſtendo la mattina nella Chieſa finche li Sagreſtani la cacciauano fuori, perche voleuano ſerrare, & allora ſe ne veniua alla ſua Cella, e ſubito tornaua al ſuo eſſercizio, aſpettando, che apriſſero la porta della Chieſa, e ſubito aperta entraua alli veſperi, aſſiſtendoui con molta attenzione, e dopoi ſi metteua in orazione, finche li ſuoi Proſſimi la occupauano, venendola à viſitare, e communicare le ſue coſe, e pigliar conſiglio da lei, e giudica la Teſtimonia, e ſecondo che Iddio gli lo dà ad intendere, dichiara per onore, e gloria di ſua Diuina Maeſtà, che ſecondo le ſoſpenſioni, che auuertì in queſta Serua di Dio, & affetti, che conobbe in lei, gli pare, che la ſopradetta ſtaua ſempre in orazione, e nella preſenza di Dio, perche in qualſiuoglia coſetta, che vedeua, ò ſentiua, nelli fioretti, nelli arbori, & in tutto trouaua motiui di laudare noſtro Signore, e queſto con tanta tenerezza, & amore, che pareua disfarſi nell'amor di* Dio, *e finita l'aſſiſtenza nella Chieſa, la ſera vicino à notte molte volte, & altre più per tempo, ſe ne veniua alla ſua Cella, doue ſubito potendo ſi ritiraua, e metteua in orazione con tanta continuazione, & attenzione, che ſi marauigliaua la Teſtimonia, e così era ordinario ſtare ſino alle otto ore della notte, & in quanto alle poſiture, con che ſtaua queſta Serua di Dio in eſſa, dichiara la* Teſtimonia, *che quando ſtaua nella Chieſa era inginocchioni, & altre volte à ſedere ſopra li piedi con le ginocchia in Terra, e li piedi ancora, e dopoi ſedeua in quelli, perche per la ſua gran fiacchezza non poteua continuare aſſai à ſtar inginocchioni. Et in Caſa oraua poſta in croce molte volte, & altre proſtrata in terra, & in queſta forma l'vna, e l'altra la vidde infinite volte la Teſtimonia in tanto tempo, che la prattico &c.* Summar. pagin. 105. §. 33., & ſeqq.

79 Teſtis CXXIX., quæ = *Il tempo di dieci, ò vndici anni conobbe queſta Serua di Dio* Proc. fol. 2492. ter., & dixit = *Che di giorno ſempre, che la Teſtimonia andaua alla Chieſa di S. Barbara la vedeua ſtare in eſſa, e conſideraua la Teſtimonia, che mentre nel Coro ſi cantauano li Diuini Offici tanto la mattina, come la ſera, la ſopradetta ſtaua molto attenta, ſenza che permetteſſe, che allora gli parlaſſero, & il medeſimo, quando la Communità aueua le ſue ore di orazione mentale, che allora ſi ritiraua la detta Serua di Dio, e ſoleua dire alla Teſtimonia, adeſſo facciamo vn'ora di orazione mentale, metteti tù ancora, procurando, che la Teſtimonia la imitaſſe in queſto &c.* d. Summar. pag. 174. §. 20.

80 Teſtis CLVIII. qui Seruam Dei nouit = *Vndeci anni in circa* Proc. fol. 2715., & dixit = *Lei* ( Serua Dei ) *tutto il giorno ſtaua nella Chieſa, e ne g'vltimi anni di ſua vita queſta Serua di Dio ſe ne paſsò dalla ſua Cella, che teneua à canto al Conuento di* S. *Barbara, all'Appartamento, che li detti Signori* Padroni *del detto Conuento tengono, li cui Balconi riſpondono nella Chieſa, e notò ſua Paternità, che la maggior parte della notte quando il Teſtimonio andaua alli matutini, la trouaua poſta nel balcone, che riſponde dirimpetto all'Altare di* S. *Raimondo, di doue ſi ſcuopre la Cuſtodia del Santiſſimo Sagramento vna lume acceſa, per ordinario in quell'ora ſtaua la detta Serua di Dio nel detto balcone in orazione, e così ce lo certificò al Teſtimonio Catarina di Criſto ſua Serua, ò Compagna, & oltre di quello, che diceua la Serua, alcune volte ſi ſentiua ſtar quiui, ſe bene non ſi poteua vedere &c.* = dicto Summar. pag. 175. §.21.

81 Cer-

81 Certè quidem ex relatis Teſtium Dictis colligitur, heroicum fuiſſe Seruæ Dei orationis ſtudium, quod longè exceſſit communes, & ordinarias regulas piorum Fidelium orationi addictorum; Siquidèm eamdem fuiſſe patet adeò in oratione promptam, alacrem, & expeditam, ac ad orandum intentam, vt nullæ difficultates, occupationes nullæ ab Oratione ipſam retraherent: adeò ad orandum vigilem, vt *molte volte auanti giorno aſpettaua, che apriſſero la porta della Chieſa per entrarci*, vt de viſu deponunt dicti Teſtes: adeò in oratione aſſiduam, & conſtantem, vt aſſiſteret = *nella Chieſa di S.Barbara tanto la mattina quanto la ſera con grande attenzione, e guſto* = vt dicti Teſtes: adeò expellentem ſomnolentiam, vt ad orandum ſurgeret, moraſque noctis rumperet = *per ordinario dalle dieci alle vndeci della notte laſciandola in letto, ò nò... per ordinario à due ore di ſonno ſi rizzaua*, Socia Seruæ Dei Summario pag. 174. ſub §, 19., vndè meritò de eadem illud vſurpari poteſt, quod *erat pernoctans in oratione Dei*; Siquidem *heros in oratione cenſetur*, vt explicat Matthæucc.in Practica ad Cauſas Beatificat., & Canonizat,tit.2. cap: 3. §. 2 ſub num. 26., *heros in oratione cenſetur, qui adeo eſt in oratione aſſiduus, frequens, & expeditus, vt nullæ difficaltates, nullæ occupationes, nulla negotia, quamuis ardua, nullumque tempus ab ea illum retrahant. Quod, ſi aliquando ſolitum, & præfinitum tempus orandi &c. propter occupationes, quas, vel cura Paſtoralis, vel ſollicitudo leuan li proximorum neceſſitates, ingerunt, defluat, aliò compenſat, ſibique illud nocturnæ quieti ſubtrahit, & noctes etiam integras Orationi intendit, exemplo Chriſti, qui erat pernoctans in oratione Dei, Lucæ 6.*

82 Imò ex hoc aſſiduo, & cæleſti Orationis exercitio peruenit Serua Dei ad gradum altiſſimæ Contemplationis, qua eius anima fruebatur, ſemper enim orabat, in Domo paterna, cùm in illa Vitam duceret, in Cellula, in Eccleſia, & contemplationi vacabat vbicumque eſſet, quòcumque iret, quòcumque ex obligatione, ex neceſſitate, ex charitate erga Proximum ageret, de die, de nocte, mentem aſſiduè in Deum eleuatam, & in contemplatione poſitam habebat; atque ita in Deum ſemper abſorpta incedebat, vt eius vita continua videretur oratio, vt de his deponit Teſtis XI. Proceſſus Apoſtolici qui nouit Seruam Dei pluſquàm triginta tribus annis ante obitum, & ex his, pluribus addictus Seruitio Ludouici Nauarro, cùm apud eumdem Vitam duceret Serua Dei eius filia Proceſſ. fol. 1216. ter. Hic autem Teſtis ſuper 6. articulo deponit; *queſta Serua di Dio impiegaua la maggior parte del tempo nell'orazione, perche nel tempo, che la conobbe, & abitò dentro d'vna medeſima Caſa con lei* (ſcilicet in Domo dicti Ludouici Patris Seruæ Dei), *che furono più di quattordici anni, la vidde ſempre eſſere molto dedita all'orazione, & andaua tanto meſſa in Dio, che lo conſideraua tutta la Caſa, perche ſe bene ſtaua raggionando, gli veniuano certe ſoſpenſioni. che ſi vedeua, che ſolo con il corpo attendeua à quello, che era ſtare con li ſuoi Proſſimi, e con lo ſpirito ſtaua poſta in Dio, e conſiderò il Teſlimonio, che nell'ore della ſua ritirata era molto puntuale in ritirarſi, e che ſempre andaua recitando, e raccomandandoſi à Dio, e vidde altre coſe particolari per le quali con euidenza ſi ſapeua, che la ſopradetta era molto dedita all'orazione, e contemplazione, che così lo foſſe, e riceueſſe in eſſa molti fauori, e grazie dalla mano di Dio ne è ſtato &c.* Summar. pag. 97. §. 1.

83 Teſtis CVII. Soror Seruæ Dei agens de ea cùm viueret in Domo Paterna dixit, quod eadem = *era molto data all'Orazione, e che à ſuo giudizio ſempre ſtaua in quella, perche ſe bene parlaua adempiendo coll'eſteriore, era con tanta ſoſpenſione, che la Teſtimonia, e ſua Madre diceuano molte volte,*

*te, che queſta Serua di Dio non pareua del Mondo, mà che ſempre ſteſſe in Cielo &c.* Summar. pag. 27. §. 37.

84 Teſtis XXXII. dicti Proceſſus Apoſtolici, quæ: *Diſſe che hà conoſciuto la Serua di* Dio *ſopradetta ventiquattro Anni prima che moriſſe, e con Lei trattò, e communicò, e ſtette in ſua compagnia alcuni meſi in diuerſe volte, e tempi, e con attenzione auuertì alli ſuoi coſtumi, e modo di Vita nell'Opere, e nelle parole &c.*: Proceſs. fol. 1498., & ſuper 6. dixit = *Che dal trattato, e communicazione, che hà detto con queſta Serua di* Dio, *vidde, che la ſopradetta era molto dedita all'Orazione, e lo sà, perche la ſopradetta ſi rizzaua molto à buon'ora, e ſubito ſalutaua la Teſtimonia, dicendogli: ſia laudato il* Santiſſimo *Sacramento, e la Puriſſima* Concezzione *della Madonna, & Io ſono ſua Schiaua, che facciamo* Gregoria, *e ſubito ſe n'andaua alla Chieſa del Conuento di* S. *Barbara, doue aſſiſteua in Orazione ſino al mezzo giorno, e ſentendo Meſſa, & aſſiſtendo alli* Diuini *Offici, & à queſt'ora ſe ne tornaua alla ſua* Cella, *e qui ſtaua ſino all'ora terza della ſera, che ſe ne tornaua alla detta Chieſa, e vi ſtaua ſino à notte, che ſi ſerraua la Chieſa, e ſe ne tornaua di modo, che quaſi tutto il giorno ſtaua in Orazione, ſe non era il tempo, che impiegaua nella conſolazione de ſuoi proſſimi, dopo il che ſi ritiraua alla ſua* Cella, *& inſieme colla Teſtimonia aſſiſteua nel ſuo* Oratorio *in Orazione, ſinche era tempo di ritirarſi, & allora la* Teſtimonia *ſi ritiraua alla ſua ſtanza, e* Lei *alla ſua, non sà quello, che allora ſi faceſſe, e generalmente parlando crede, che queſta Serua di* Dio *ſtaua continuamente nella preſenza di Noſtro Signore, & in Orazione, perche da tutte le coſe, che vedeua pigliaua motiuo per laudarlo dalle paſſate, dalli ſiori, e diceua alla Teſtimonia, andando per la Campagna, che guardaſſe con particolar cura il Sole quando eſce, perche in quello trouaua molta materia con che poter alzare il cuore al Cielo per laudare Iddio &c.*: Summar. pag. 98. §. 6., & 7.

85 Teſtis CIII., quæ: *Conobbe la Serua di Dio ventidue Anni in circa*: Proc. fol. 2264. ter. Et ſuper 6. dixit: *Che era tanto data all'Orazione, che tutto il tempo, che la trattò, e conobbe in* Caſa *ſua la vidde, e notò come lo impiegaua in queſto, ſenza attendere ad altro, che alla forzata neceſſità del mangiare, & alla Carità di conſolare li Proſſimi, che andauano à trattare con lei, e tutto il reſto lo daua à Iddio nell'Orazione, e notò, che ſino la occupazione del ſonno era molto poca, e queſta medeſima occupazione, & eſſercizio, che ebbe in* Caſa *ſua sà, e vidde, che l'aueua fuori di eſſa, e nel ſuo trattato moſtraua di ſtar ſempre con Dio, e quello, che puol dire in queſta materia la Teſtimonia è, che perſuaſa la* Teſtimonia, *che Lei aueſſe molti fauori da Dio, e vedendo, che li diſſimulaua tanto, gli perſuaſe alcune volte, che gli diceſſe qualche coſa del trattato, che aueua con* Dio, *ſe gli piaceua per animarla, & inſegnargli, perche allora trattauano di ritirarſi inſieme à vn Conuento, e già molto importunata la* Serua *di* Dio *gli diſſe, Amica contentati con queſto, che ti dico, che per la Miſericordia di* Dio *ſempre ſtò nella preſenza di* Dio: Summario pagin. 102. §. 19., & 20.

86 Teſtis CXVI. Proceſſus Informatiui, quæ: *Diſſe, che hà conoſciuto la Serua di Dio Marianna di Geſù da più di trenta anni in quà, e con Lei trattò, e communicò, e viſitò molto ſpeſſo &c.* Proc. fol. 525. Et ſuper 12. *Diſſe, che quello, che da Lei* (à Serua Dei) *cauò la Teſtimonia fù, che il ſuo ordinario eſercizio era l'Orazione, e Meditazione, & il detto* Ludouico *Nauarro* Padre *della ſopradetta gli diceua, quanto continua, e perſeuerante era queſta Serua di* Dio *in quella, e ſimilmente l'inteſe dire*

*da*

*da altre Perſone, che la trattauano intrinſecamente, e crede, e tien per certo la Teſtimonia, che la ſopradetta andaua ſempre nella preſenza di Dio, ſenza partirſi vn punto da quella per tutte le ſue coſe, e lo caua la Teſtimonia così da alcuni ſegni eſteriori, che notò, & aduertì in Lei, come erano ſoſpenſioni, & altre:* Proc. fol.527. ter.

87 Teſtis LXXXV. Proceſſus Informatiui, quæ: *Diſſe che da quarantaſei Anni in qua conoſce la Serua di Dio, perche fù alleuata nella medeſima ſtrada, doue ſtà la Teſtimonia &c.:* Proc. fol.488.; Et ſuper 12. *Diſſe, che come alimento di tutte l'altre Virtù, ſi daua queſta Serua di* Dio *all' Orazione, e Contemplazione, trouando in eſſa allegerimento delle ſue pene, e conſolazione delli ſuoi trauagli, impiegando in queſto Santo eſſercizio la maggior parte del tempo, e ſe bene parlaua, e riſpondeua alle Creature per Amor di* Dio, *non ſi partiua vn punto, al parere della Teſtimonia, dalla preſenza di Dio, tenendolo ſempre d'auanti in tutte le ſue coſe &c.:* Proc. fol.490. ter.

26 Teſtis CLXXIII. Socia Seruæ Dei quæ dixit = *In quanto alla Pouertà quello, che puol dire è, che era eſtrema, perche lei non aueua coſa alcuna;*

*nè*

*nè lo domandaua, con tanto eſtremo, che la Teſtimonia certifica, che per più di ſedici anni ſi ſoſtentò di tutto il neceſſario, tanto del vitto come del veſtito di quello, che dauano à lei tanto la detta Serua di Dio, quanto li buoni Criſtiani, e tutto quello, che auanzaua, ce lo conſegnaua, e lei tutto lo daua per limoſine: E ſapendo la Teſtimonia, che aueua dato ogni coſa, preuedeua il neceſſario per la detta Serua di Dio, perche in altro modo conoſceua, che tutto l'aueria dato per limoſina, perche mai la vidde con penſiero di coſa alcuna per ſe ſteſſa &c.* = Summario pagin. 189. §. 12.

27 Ex his autem plenè cognoſcitur extitiſſe in Ven. Marianna virtutem ſupereminentis Spei; Niſi enim firmiter ſperaſſet beatam à Deo retributionem, & futuram gloriam, tantoperè non contempſiſſet vitam terrenam & bona temporalia, vt benè dixerunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ tunc Ven. nunc Beatæ Cathærinæ de Riccijs, ſub titulo de Spe §. 2. ibi = *Quæ quidem virtus tum ex pluribus cognoſcitur extitiſſe in Catharina &c., niſi enim firmiter ſperaſſet vitam Cæleſtem, neutiquam contempſiſſet terrenam, nec per labores, & aſperitatem vitæ ſe in viam Spiritus tenuiſſet, niſi certam ſibi afferendam à Deo retributionem credidiſſet, vt ex S. Ambroſio in libro de Pænitentia cap. primo &c.*

28 Ex nunc dictis negari non poteſt, maximam Seruam Dei Spem habuiſſe, quam etiam comprobant alia plura ſuperiùs adducta, præcipuè eadem ferè argumenta, quibus eiuſdem fidem oſtendimus, & inter illa *aſſidua & perſeuerans ad Deum Oratio*. Siquidem Ven. Marianna certè maximum Spei Diuinæ præſtitit argumentum, cum in vnaquaque ſiuè corporis, ſiuè animæ, ſiuè propria, ſiuè aliena indigentia, repentè ad Deum conuolaret, cui ſupplices exhiberet preces, quem feruentiſſima ſemper oratione deprecaretur; Ad quem ſicut ad anchoram Animæ tutam, & firmam, in quibuſcumque ſeculi perturbationum fluctibus, in periculis cunctis veſpere, & mane, ac in ipſa oratione pernoctans confugeret vt probauimus ſupra *in princip. huius Inſpect.* §. 71. *Admittitur à Reuerendiſſimo, & ſeqq.*

29 Hæc autem feruentiſſima, & aſſidua Oratio ſupra communem, & ordinarium modum, quo pij fideles regulariter orant, effectus erat ſupereminentis Spei, qua Serua Dei roborata modo, quo diximus, orationi inſtabat iuxtà monitum Apoſtoli ad Roman. 12. = *Spe gaudentes. Orationi inſtantes*. Firmiſſima enim fiducia conſequendi vitam æternam, & quæcumque petebat, proùt expediret ad Dei gloriam, & bonum petentis, quam Philo vocat *gaudium ante gaudium* faciebat, vt alacriter, & ſine intermiſſione oraret. Itaque ex prædicta aſſidua, & heroica Oratione Seruæ Dei Spes huius eximia, & heroica rectè demonſtratur, nemo quippè orat, niſi quod credit, & ſperat, vt benè probat Mattheucc. in ſæpedicta Practica Tit. 2. cap. 2. §. 2. Quoad ſigna Spei heroicæ num. 30. ibi = *Tertium ſignum elucet ex feruenti, aſſidua, & perſeueranti Oratione, & ad Deum precatione. Orationibus enim, & ſalutis noſtræ cura Spes alitur*. Matta de Canonization. Sanctor. part. 2. cap. 3. numer. 22. ibi = *Quintus effectus* [Spei] *eſt Oratio, dicente Pſalmographo: ſpera in Domino, & fac bonitatem, ſubditus eſto Domino, & ora eum &c.*

30 *Admodum Deuotus vitæ tenor* Seruæ Dei, quem commune Deuotorum hominum longè exceſſiſſe probauimus vbi ſupra §. 56. *Nunc videndum, & ſeqq.* effectus eſt ſupereminentis Spei, vt benè ſæpedictus Matthæucc. in dicta Practic. loc. allegat. §. 2. = *Quoad* ſigna ſpei heroicæ num. 32., vbi *ſignum*, inquit, *pariter cenſendum eſt ſupereminentis Spei, maxima deuo-*

 *tio-*

*tione*, *& frequentia recitare ſymbolum Apoſtolorum*, *& Orationem Dominicam &c.*

31 Euidens heroicæ *Spei* argumentum præſtat Innocentia vitæ Seruæ Dei cum accuratiſſima obſeruantia mandatorum Dei, & Eccleſiæ, inſuper cum exacta conſiliorum cuſtodia; præclariſque ſupererogatorijs virtutum operibus; Quæ quidem talis, & tanta fuit quoad actus promptè, & cum alacritate productos à prima ætate vſque ad vitæ exitum, vt longè exceſſerit communes regulas iuſti vtcumque habituati ad ſperandam Beatitudinem: Quippe quia Serua Dei omninò omnis, & cuiuſcumque peccati etiam venialis perfectè voluntarij expers fuit, vt pleniſſimè oſtendimus *in princip. huius Inſpect. ſupra* §.4. *in Hiſtoria*, *& ſeqq.*

32 Huiuſmodi autem actus fomentum ſunt, & effectus habitus maximæ Spei juxtà illud Pſalmi = *In pace in idipſum dormiam*, *& requieſcam*, *quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me* = Eccleſiaſtic. 2.9. *Qui timetis Dominum ſperate in illo*, *& in oblectationem veniet*, *& vobis miſericordia*; Et Epiſtol. primæ Ioann. 3. = *ſi cor noſtrum non repræhenderit nos*, *fiduciam habemus ad Deum*, *& quidquid petierimus*, *accipiemus ab eo* =, & notat Scacch. de *notis*, *& ſignis Sanctitat. ſect.* 3. *cap.* 2. *pagin.* 191. *verſic. ex his*; Matta de Canonization. *Sanctor. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 18. iuncto numer. 19. ibi = *effectus ſpei ſunt ſecundo*, ibi = *Mandatorum obſeruantia*, & *conſcientiæ ſecuritas*, *qua Anima ſpeciali dono gratiæ ditata*, *nulli peccato lethali ſe ſentit obnoxiam &c.*, *ſed vnde ſpes*, *niſi de ſecuritate conſcientiæ*? *verè lectulum dixerim mentem ſecuram propter conſcientiæ bonum &c.* = Matthæucc. *in ſupradicta Practica ad Cauſas Beatification. Titul.* 2., *cap.* 2. §.2. *Quoad ſigna Spei heroicæ nu.* 37., vbi *ſextum ſignum*, inquit ſpei heroicæ, *deducitur ex perfecta*, *aſſidua*, *& prompta mandatorum non tantùm*, *ſed exacta etiam Conſiliorum cuſtodia*, *præclariſque ſupererogatorijs virtutum operibus*. *Spes enim omnes illos actus imperat*, *qui media ſunt ad vitam æternam acquirendam*, *quam ipſa per bona Opera expectat.*

33 Ad eamdem heroicam Spem, & fiduciam in Deo collocatam referri debent illæ *aſpera vita*, & *voluntariæ*, *& diriſſimæ pænitentiæ*, cum quibus Serua Dei corpus ſuum caſtigare, & in ſeruitutem redigere ſtuduit: Item *ſenſuum mortificatio*, qua ob cæleſtia, quæ expectabat, nedum a noxijs, ſed etiam à licitis illos retraxit, de quibus diffusè egimus ſupra *in* §. 105. *Admittitur per Reuerendiſſimum*, *& ſeqq.* Quippè iuxtà S. Antoninum in ſumma libr. 3. tit. 3. de Spe §. 5. = *Spes eſt pænitentiæ directiua*, *& incitatiua* = & vt docet S. Ambroſius relatus in Can. Nemo, de pœnitent. Diſtinct. prima = *Nemo dignè poteſt agere pænitentiam niſi qui ſperauit indulgentiam*: Ex his verò pœnitentijs, & ſimilibus corporis macerationibus Spem heroicam arguunt Scacch. *de notis*, *& Signis Sanctitatis ſection.* 3. *cap.* 2. *pag.* 192. *litt. B. & C.*, *& pag.* 193. *litt. D.*, Auditores Rotæ in relatione *Canonizationis S. Thomæ de Villanou. penès Contelor. pag.* 499., & D. Bernardus in libro ad Sororem De modo bene viuendi *cap.* 24. *volum.* 3. *col.* 939. *num.* 71. = *Aridum*, inquit, *porta corpus tuum propter deſiderium Cæleſtis Regni*, *vt impleas*, *quod ſcriptum eſt in Pſalmo* = *Sitiuit anima mea ad Deum*, *quàm multipliciter ei caro mea*! *Caro enim tunc Deum ſitit*, *quando per jeiunium abſtinet*, *& areſcit.*

34 Effulget item Spes heroica Seruæ Dei ex inuicta Conſtantia, qua patienter, & cum gaudio tolerauit ad annos quamplurimos, ac ſuſtinuit morbos acerbiſſimos, & inſolentes ferè continuos: tribulationes inſuper, & incommoda quamplura, & aduerſa propter vitam æternam, de quibus diffu-

diffusè actum eſt ſupra §. 146. *Fatetur Dominus*, *& ſeqq.* vbi autem magna eſt tribulatio, vt ex probatis fuit illa Seruæ Dei ad eam ſuſtinendam non impar, ſed maxima requiritur patientia, qua conſtanter, & cum iucunda perſeuerantia longè ſupra communem piè operantium Serua Dei vt oſtendimus, reſplenduit: Vnde negari non poteſt, ſingulariter in Spe Supernorum eximia, ſublimi, & heroica eamdem conſtitutam fuiſſe, qualem demonſtrat actus eius inuictæ, & ſupereminentis ſufferentiæ ad tot annos, quot vidimus vſque ad vitæ exitum traductæ ab eadem Spe inſeparabilis: Cum exercitium omnium virtutum in ſemetipſo ſemen Spei habeat iuxtà genus, & gradum eiuſdem virtutis, ex plenè deductis ſub hoc eodem titulo *De Spe* §.9. *Deſumitur vlterius*.

35 Præcipuè verò indicibilis animi Seruæ Dei tranquillitas, & inuicta patientia in tantis Infirmitatum, & ærumnarum tribulationibus ſuſtinendis propter vitam æternam, de quibus actum eſt ſupra §. 146. *Fatetur Dominus*, *& ſeqq.* eius heroicam Spem in illis contentam demonſtrant, iuxtà illud Apoſtoli ad Romanos 5. 3. = *non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus: ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit &c.*, & aptiſſimè ad rem Sanctus Bernardus *Sermon.* 17. *in Pſalm. Qui habitat, vol.* 2. *col. mihi* 161. *litter. B.* vbi = *Siquidem*, inquit, *in tribulatione Spes gloriæ, imo & ipſa in tribulatione gloria continetur; Sicut Spes fructus in ſemine, ſicut ipſe fructus in ſemine eſt*; Matthæucc. *in ſæpedicta Practica tit.* 2. *cap.* 2. §. 2. *Quoad ſigna Spei heroicæ* numer. 20., & 25. cum ſeqq., vbi, quod = *Spes heroica hoc importat, vt vi ſpecialis Doni, & motionis Spiritus Sancti excitet, & moueat ad inuicta conſtantia cum iucunditate, & gaudio perferenda incommoda, & quæuis aduerſa propter vitam æternam*; Matta *de Canonization. Sanctorum part.* 2. *capit.* 3. *numer.* 18., *vbi, quod effectus Spei* [Supernaturalis] *ſunt tollerantia paſſionum, tentationum, ac tribulationum &c. ſicuti dicitur de S. Iob. quod quamuis omnem Creaturam in ipſum coniuraſſe conſpiceret &c. firmam tamen Spem in Deum ſemper habuit*.

36 Et Eminentiſſimus de Lambertinis lib. 3. ſui egregij Operis cap. 23. numer. 16., vbi, quod = *Habitus heroicus ſpei adiuuat, & inclinat ad ſperandum finem vltimum, & media, ſed cum maxima fiducia, & ſecuritate obtinendi &c., & ad perferendum alacriter cum conſtantia imperturbata quæuis mala, etiam extrema, propter vitam æternam cum aſſiduitate, promptitudine, delectatione, & perſeuerantia in actibus prædictis, aut ſaltèm cùm animi præparatione erga eos*.

37 Eamdem inſuper ſpem patefecit Serua Dei, cum poſthabitis propter Deum nuptijs à Genitore ei paratis: relictiſque omnibus, quæ in Mundo erant, & quæ à Mundo, Mundique Amatoribus ſperare poterat, de quibus infrà dicemus, ipſamque Domum paternam cauſa Deo liberiùs inſeruiendi deſerens, in pauperrimam Cellulam propè Eccleſiam Sanctæ Barbaræ ſe contulit; vbi cum Socia pauperrimè viuens, totalitèr addicta pietatis Officijs, Sacrum Religionis habitum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nuncupati induit, vt deponunt Teſtis CXL. Proceſs. Apoſtol., quæ familiaritèr verſata fuit cum Serua Dei annis viginti ante obitum, Proceſs. fol. 2590. terg., & dixit = *teneua* [Ven. Marianna] *in Dio tutta la ſua ſperanza, e che diſprezzaua le coſe di queſto Mondo, la quale potendo ſtare in Caſa di ſuo Padre, la laſciò per amor di Dio, e ſe ne venne ad abitare à canto à Santa Barbara in vn ſtanziolino pouero, ed à tetto, e ſfornito d'ogni bene, & era tanto diſprezzatrice delle coſe di queſto Mondo, ed aueua tanta affezzione alla pouertà*,

*tà, e nudità, che ſi ricorda la Teſtimonia, che ſtando in queſto ſtanzicolino, & eſſendo tanto inferma, & in tempo, che faceua molto freddo, e neui, e quel ſito era tanto ſcommodato, vna Perſona diuota di queſta Serua di Dio apparò quel luogo con certi panni, e fù di maniera l'afflizzione, e ſentimento, che lei ne aueua, che ſi lamentaua colla Teſtimonia, parendogli, che quello era vn grand'ornamento, e ſe bene con titolo di carità, la impediuano il godere di quella pouertà, e diſprezzo, che aueua delle coſe del Mondo* = Summario pag. 84. §. 11., & ſeq.

38 Teſtis CLVI., quæ nouit Seruam Dei annis viginti quatuor circiter à tempore ſcilicèt, quo Domus Regia permanſit in Ciuitate Valliſoletana vſque ad eiuſdem Seruæ Dei obitum Proceſs. fol. 2694., & dixit = *Che in tutte le coſe moſtraua la detta Serua di Dio Madre Marianna di Gesù quanto ſtaua ſtaccata dalle coſe di queſto Mondo, fondata ſolo in Dio, nel quale teneua la ſua confidenza, viuendo nella ſua Celletta à canto al Conuento di Santa Barbara con molta pouertà, e mancamento delle coſe neceſſarie per la ſua Perſona, che ſolo ſi ſoſtentaua di limoſine, che gli faceuano, & alla Teſtimonia gli diceua, che ſidaſſe ſolo in Dio, e non in beni caduchi della terra &c.* = Summario pagin. 85. §. 13., & Proc. fol. 2695. ibi = *La vidde* [ Seruam Dei ] *portar l'abito della Sagra recollezzione della Madonna della Mercede, e profeſſare in quello, aſſiſtendo in Santa Barbara il giorno della ſua Profeſſione &c.* = & quoad vtrumque caput concordant alij plures Teſtes in Summario relati.

39 Ex hoc autem ingreſſu in ſtatum Religioſum, & Profeſſione emiſſa cum omnium temporalium abdicatione: alliciente ad ſecularem vitam, imò ad nuptias Patre, Spes infertur certè heroica. Sanæ magnæ Spei robur oſtendit, qui relicta laxioris vitæ amenitate, omnibuſque bonis præſentibus, ſub ſpe futuræ retributionis perpetuo alicuius Religionis iugo ſeſe mancipat in laudem *Dei*, Eminentiſſimus Lambertin. dict. lib.3.cap.23. num.18. pagin. 287. colum. 2. ibi = *Ex ingreſſu in Religionem, & rerum temporalium abdicatione, ſi debitæ non deſint circumſtantiæ, quod videlicèt hæc non ex fine humano, ſed vt Deo liberiùs, & perfectiùs famulatus exhibeatur, nemo eſt, qui non videat, ſpem inferri poſſe, & etiam heroicam &c.*, & conſiderant Rotæ Auditores in pluribus *Relationibus* Cauſarum indicatis *in d. lib. 3. n.18.*

40 Demùm etiam ex alijs actibus Virtutum Seruæ Dei, hæc Spes cœleſtium arguitur, & demonſtratur; Talis autem Spei excellentia, commenſuranda eſt à gradu excellentiæ actuum earumdem Virtutum, vt latè probatimus ſupra ſub hoc eodem tit. *De Spe* §. 9. *Deſumitur vlterius*; præcipuè verò actuum Charitatis, de quibus mox paulò dicemus; nàm iuxtà Sanctum Antoninum in Summ. part.4. tit.35. cap. 17. §. 13. = *Dicendum eſt, quod vtique eam* ( *videlicèt ſpem* ) *habuit perfectiſſimè, nam habuit perfectiſſimam Charitatem, quæ Mater eſt omnium Virtutum, ſecundùm Beatum Ambroſium, vt qui eam habeat, & filias eius contineat, ideſt alias Virtutes, vnde & ſpem*. Itaque nedum in modò deductis, ſed in cæteris quoquè actionibus Seruæ Dei eamdem ſperandi rationem reperiri indubium eſt; cum ſpei effectus ſit, vt ipſa conferat ad operationes iuxta Apoſtolum prima ad Corinth. 9.; *Quoniam* ( ſunt eius verba ) *debet in ſpe, qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*: Quales autem fuerint operationes, & actus virtutum huius Virginis Deo deuotæ ex totius *Summarii* lectione colligitur; conſtat inſuper ex dictis: Idque etiam luculentiùs ex infra dicendis apparebit. Quapropter, omnibus perpenſis, negari non poteſt, ipſam ſpem vitæ æternæ conſequendæ in excellentiſſimo, & heroico gradu in Serua Dei fuiſſe.

# *De Charitate in Deum.*

1 CHaritas omnium Virtutum forma,& Regina , perfectio legis,& iuxta illud Coloſſen. 3. Vinculum perfectionis , eſt Dilectio , vt docet *Magiſter in 3. Sententiar.* , *diſtinct.* 27. , qua diligitur Deus propter ſe ; & Proximum propter *D*eum ; verſatur enim circa duo mandata adimplenda , quorum vnum pertinet ad dilectionem Dei , & hoc eſt maximum , & primum in lege mandatum . Secundum autem huic ſimile , ad dilectionem Proximi . Hæc duo mandata, in quibus vniuerſa lex pendet, & Prophetæ, principem obtinuerunt locum in beata Anima Ven. Mariannæ, vt teſtatur vniuerſa illius vita , quæ perpetuum amorem præſeferebat in Deum , & Proximum ; Teſtantur hoc idem eiuſdem voces , & Opera , vt probabimus ; prius tamen de ijs agemus , quæ dilectionem Dei adſtruunt in eadem Marianna heroicam :

2 Quantùm vero hac omnium virtutum Regina præſtiterit Serua Dei , nemini poterit obſcurum eſſe ; qui reputauerit animo , eam primò ab infantia didiciſſe timorem Domini , qui initium eſt ſapientiæ : & Virginem vnam de numero prudentum ſe oſtendiſſe : quippequæ in toto vitæ ſuæ curriculo Innocentiam Baptiſmalem ita conſeruauit , vt nunquam integerrima Virgo nec etiam venialis peccati perfectè deliberati ſe labe pollueret : vt pleniſſimè depoſitionibus Confeſſariorum , & aliorum probauimus ſupra *in princip. huius Inſpectionis* §. 4. *in Hiſtoria, & ſeqq.*, & vbi fortaſse in leuia quædam , quæ ex ſubreptione dicuntur,laberetur , illa horrebat , ac deflebat , & in Pænitentiæ Sacramento aperiebat perinde , ac ſi grauis alicuius criminis rea eſſet , vt patet ex Dictis Confeſſariorum relatis ſupra in proximè *citatis* §§. 4.,*& ſeqq.* , præſertim Teſtis CXLIV. Proceſs. Apoſt. Summario pag. 164. in initio ibi = *Se foſſe lecito dire il maggior peccato , che Sua Paternità haueua conoſciuto in queſta Serua di Dio , le pare , che con riferirlo rimarria ben ponderata la purità , che queſta Serua di Dio conſeruò nella ſua anima tutto il tempo di ſua vita , & il grand' odio , che haueua à qualſiuoglia ſorte di peccato per leggiero che foſſe &c.* , & Teſtis LXVIII. Proceſs. Inform. Summar. pagin. 166. §. 20. ibi = *E fù tanto pura queſta Santa Creatura , che quello , che più la aggrauaua , ò poteua aggrauare il ſuo ſpirito , e coſcienza di coſe toccanti alla vita paſſata , era ſecondo alcune volte ſe ne accusò vna coſa , che al parere di Sua Signoria Reuerendiſſima non arriuaua à colpa veniale graue , ſe bene li faceua gran peſo , & eſtremo , come tanto perfetta , che era in tutte le ſue coſe &c.*

3 Eiuſmodi verò Seruæ Dei innocentia , ac innocentiæ vehemens cura apud omnes tantopere admirabilis, nè etiam in minimis Deo diſpliceret,quam inter actus Fidei retulimus , æque referri debet ad habitum , ac ad actum heroicæ Charitatis in Deum , vt optimè aduertit P. Matthæucc. in ſæpedicta Practica tit. 2. cap. 2. §. 3. num. 13. ibi = *Certiſſimè proindè euincitur heroica charitate præditus , qui neque in minimo vult deliberatè Deo diſplicere , ac ita eſt de morum integritate , & conſcientię puritate ſollicitus , vt ea , quantùm puro homini ex viribus gratiæ liceat , ſeruare ſtudeat & vbi fortaſse in leuia quædam , etiam ex ſubreptione venialia labitur , caſum deflet , triſtatur , dolet , ac duram pœnitentiam aſſumit , perindè ac ſi grauis , alicuius criminis reus : Hæc ordinarias , communeſque regulas , quibus regulariter iuſti maculas peccatorum horrent , excedunt omninò .*

4 Strenua , & perſeuerans Prœceptorum cuſtodia : Conſiliorum item Euangelicorum iuxtà ſtatum , & conditionem propriæ Perſonæ prompta , &

ala-

alacris obſeruantia, de quibus omnibus actum eſt ſupra in oſtenſione Innocentiæ Seruæ Dei §. 4. *In hiſtoria, & pluribus ſeqq.*, & infra dicemus, dum de Iuſtitia Seruæ Dei, & votorum obſeruantia agemus, ſigna ſunt hæroicæ charitatis in Deum; nàm cum Sanctus Ioannes primò ſcribat: *Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt*, & cap. 15. ibi = *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me*; & ex ſuperiùs dictis concurrant in actibus Seruæ Dei circa illa facilitas, & exactiſſima promptitudo, & exceſſus ſupra communem operandi modum piorum hominum, nemo neque de Charitate in Deum, neque de illius heroicitate, & perfectione dubitare poteſt, vt ponderant Auditores Rotæ in *Relatione* Cauſæ Sancti Franciſci Xauerij, de qua apud Eminentiſſimum de Lambertin. *lib.* 3. *ſæpedicti celeberrimi Operis de Seruorum Dei Beatification. lib.* 3. *cap.* 23. *ſub num.* 26., *& ſub num.* 27., & Matthæucc. in dicta *Practica tit.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 10., vbi ait, quod: *Primum ſignum heroicæ Charitatis in Deum, non tàm quoad habitum, ſed etiam quoad actum deducitur cumulatiuè ex perſeueranti præceptorum cuſtodia, ex attenta, ſi non omnium, plurimorum tamen, & iuxta conditionem Perſonæ Conſiliorum obſeruantia &c.*, & ſub num. 31. ibi = *Charitatem perfectam eſſe, quæ efficit, vt quis iuſtus obſeruet omnia Dei mandata, & conſilia &c.*

5 Vlterius Marianna Deum dilexit tantùm quantùm potuit, ſtudiumque ſuum deputauit ad vacandum Deo, & rebus Diuinis, prætermiſſis alijs, niſi quantum neceſſitas præſentis vitæ requirebat; Vt enim probauimus ſupra in examine actuum virtutum Seruæ Dei, qui in Animaduerſionibus §. 15. non inficiabantur, præſertim vt in illis dicitur: *Admodum deuotus vitæ tenor: aſſidua oratio: iugis Eccleſiæ, & Sacramentorum frequentia &c.*; Ipſa inceſſanter Deum quærebat: prò Deo operabatur indeſinenter: in ſolo Conditoris ſui deſiderio anhelabat iugiter. Hinc nihil eorum, quæ in Mundo ſunt, expetens, promptiſſima voluntate, ac feruidiſſima deuotione ſe gerens in pertinentibus ad res Diuinas ex probatis ſupra *in principio huius Inſpectionis* §. 55. *Admittitur à Reuerendiſſimo cum ſeqq.*; Hac deuota mente nocte orabat ferè tota in ſua Cellula; Cum primùm verò Aurora diem reduceret, aduolabat ad Eccleſiam, præ cuius foribus plerùmque expectabat, vt Miniſtri Eccleſiæ ianuas referarent, in eamque ingreſſa ſubſidebat vacando Diuinis, vſque quo poſt meridiem fores Eccleſiæ obduci debebant. Idemque repetebat ab hora veſperarum vſque ad prima noctis crepuſcula, ſub quæ Domum redibat, vt probatum eſt vbi ſupra §. 71. *Admittitur à Reuerendiſſimo, & ſeqq.* Non omittendo circumſtantiam ſupra §. 59. *Tùm ingens* ex depoſitione Sacriſtæ maioris dictæ Eccleſiæ relatam, iterum hoc loco exprimendam, quod = *Era tanto il deſiderio, che haueua* [Serua Dei) *di venire à fare orazione auanti il Santiſſimo Sacramento, che non ſi poteua quietare, e così molto ſpeſſo, quando il Teſtimonio apriua la porta della Chieſa, con eſſer molto à buon ora, la trouaua poſta inginocchioni in eſſa, aſpettando, che apriſſero* = Summario pag. 104. §. 29. prope finem. In Domo verò vel orabat, vel reliquum quod ſupererat temporis inſumebat in charitatis officijs, prætermiſſis alijs, etiam illis, quæ neceſſitas præſentis vitæ requirit: Dum reuera videbatur cibi, & potus, ſomnique prorsùs oblita. Plura ex his in vſu fuerunt Seruæ Dei à tempore, quo viuebat in Domo paterna: Quę ſcilicet in illo rerum ſtatu exerceri poterant; Omnia verò ardenter exequuta eſt annis viginti circiter eius incolatus in Cellula prope Conuentum, & Eccleſiam Sanctę Barbaræ, vt patet ex ſupra deductis.

6 Prædicta autem omnia ſic contextu charitatem Mariannæ ergè Deum probant heroicam, imò in tali heroicitatis gradu conſtitutam, qualis eſt poſſibilis in via, quia, ut docet D. Thomas in ſecunda ſecundæ quæſt.24. artic.8. in reſponſione in corpore ad med: ibi = *ex parte diligentis tunc eſt Charitas perfecta, quando diligit tantùm, quantùm poteſt. Quod quidem contigit tripliciter. Vno modo ſic &c. Alio modo, ut homo ſtudium ſuum deputet ad vacandum* Deo, *& rebus* Diuinis, *prætermiſſis alijs, niſi quantùm neceſſitas præſentis vitæ requirit. Et iſta eſt perfectio Charitatis, quæ eſt poſſibilis in via, non tamen eſt communis omnibus habentibus* Charitatem, Quia ut ibidem P. à Porrecta in tertia Concluſion. notat, *Quia*, ſunt ejus verba, *non omnes, ſed quidam homines ſtudium ſuum deputant ad vacandum* Deo, *rebuſque* Diuinis, *prætermiſſis alijs, niſi quantùm neceſſitas præſentis vitæ requirit*: Quod comprobat Sanctus Antonin. in ſumma part.4. tit.6. cap.2. §.2., & dixerunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ S. Thomæ à Villanoua penès Contelor. de Canonization. Sanctor. pagin. 506., vbi quod: *Ex parte diligentis tunc Charitas dicitur perfecta, quæ in via poſſibilis eſt haberi; cum homo diligit quantùm poteſt, & ſtudium ſuum deputat ad vacandum* Deo, *& rebus* Diuinis, *prætermiſſis alijs, niſi quantùm neceſſitas præſentis vitæ requirit &c.*

7 Eamdem vim eximiæ Charitatis Ven. Mariannæ in Deum teſtatur ille fluxarum opum, & quarumcumque mortalium rerum contemptus, quem opinione majorem probauimus ſub tit. *De ſpe* § 11. *Vt autem*, cùm pluribus *ſeqq.*, ut enim inquit S. Gregorius Homil 12. in Euang. *Qui Celeſtis Vitæ dulcedinem in quantum poſſibilitas admittit, perfectè cognouit, ea, quę in terrenis amauerat; libenter cuncta derelinquit; Nam quem perfectè Charitas abſorbuerit, ad terrena foris deſideria velut inſenſibilem reddit*; & probat Matthæucc. in ſæpedicta *Pract. tit.2. cap.2. §.4. n.33.*, & dixerunt Auditores Rotæ in *Relatione* S. Eliſabethæ Luſitaniæ Reginæ *part.2., de Charitate in Deum.*

8 Excellentiam ejuſdem Charitatis oſtendit aſſidua Mariannę ad Deum Oratio, de qua, ejuſque perfectione, & heroicitate actum eſt ſuperius §.71. *Admittitur à Reuerendiſſimo* cum ſeqq.; Vt enim inquit D. Chryſoſtomus cap.x1. homil.26. in Act. Apoſtol. *Magni amoris indicium Oratio eſt*, & meritò, quia Charitas eſt vita Orationis, vt ait Scacch. *de not., & ſign. Sanctitat. ſectione 5. cap.4. pagin.339. liter.A.*: Imò aſſiduè ejuſdem ad Deum Oratio non ſolùm oſtendit illius maximam Charitatem, verùm etiam non potuit eſſe abſque eadem ingenti Charitate in ipſum Deum, quem aſſiduè Marianna meditabatur, & cum quo conuerſabatur die, ac nocte, ſecundum D. Thom. *ſecunda ſecundæ quæſtion.83. artic.14.*, & ſenſit laudatus D. Chryſoſtom. de orando Deum lib. primo dicens: *Vbi quem conſpexero inſatiabiliter adhærentem vultui* Diuino, *idque in ſummis damnis numerantem, ſi continenter non orauerit, conjecto, talem omnis virtutis eſſe mediatorem, ac Dei Templum*: eamdemque Charitatis excellentiam exinde colligunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ tunc Ven:, nunc Beatæ Catharinæ de Ricijs, par.3. de Charitate §. *Dilectionem* cum ſeqq. ibi = *Dilectionem Dei adſtruunt in Catharina excellentem, tùm omnia, quæ de Proximi dilectione dicta ſunt &c.; tùm verò longè magis quæ ſequuntur, & Primò aſſidua ferè cum Deo conuerſatio in Oratione, ac precibus, quod non potuit eſſe abſque ingenti Charitate in ipſum* Deum, *ſecundum* D. Thomam *&c., quem aſſiduè meditabatur &c.*: Card. de Lauræa *in tertium Sentent. Tom.2., Diſput.32. de Virtutib. heroic.*;

*roic.*; *artic.*11. *num.*321. *pag.*755., Scacch. de *notis*, & *ſignis Sanctit. ſect.*3. *cap.*3.

9 Verùm Charitatis magnitudo, & Excellentia magis manifeſtatur ex inceſſanti, & intenta contemplatione Dei, rerumque Diuinarum, cujus Ven. Marianna perpetuum habuit exercitium diu, noctuque, & ad illius apicem, illuſtrante Domino peruenit, ut deſumitur ex mente intenta, quam perſeueranter in Deum habuit, ut probant etiàm à tempore, quo Serua Dei viuebat in Domo Paterna Teſtes, ejuſque Confeſſarij relati ſupra §.82. *Imò ex hoc aſſiduo*, cum pluribus ſeqq., compluresque alij legendi in Summario à pagin. 97. vſque ad pagin. 113., & inter eos.

10 Teſtis CXCII. Proceſſus Apoſtolici Confeſſarius Seruæ Dei, qui eam nouit annis ſexdecim, Proc. fol.3003., & dixit: *Che la detta Serua di Dio era molto data all'Orazione, e contemplazione, & altre che con grandiſſima freguenza aſſiſteua in quella, come lo vidde il Teſtimonio, la detta Serua di* Dio *li communicò ſempre, che la reconciliò, la ſua Orazione, e certifica il Teſtimonio, che era altiſſima, e che teneua in quella vna continua preſenza di Dio, col quale ſtaua vnita, ſenza che le coſe eſteriori la impediſſero nè il trattato delle* Creature *trouaſſe ſturbo per volare à Iddio &c.* Summar. pag.107. §.40.

11 Teſtis CXCV. Ordinis Prædicatornm, Ordinarius Confeſſarius Seruæ Dei tùnc temporis apud Ludouicum Genitorem viuentis in Ciuitate Valliſoletana, ut pluriès diximus, qui dixit: *Che era continuo nella detta Serua di Dio il far Orazione, e Contemplazione, perche non gli paſſaua ora del giorno ſenza farla, ritirandoſi dentro di sè, e conſegnandoſi tutta à Noſtro Signore, & era tanto acceſo il feruore della ſua Orazione, che in quella vi aueua molte illuſtrazioni, & eleuazioni, come riferiſce l'Articolo, le quali il* Teſtimonio *procurò di leuarli, e conobbe con l'eſperienza della ſua communicazione, che non era in mano della detta Serua di Dio il fargli reſiſtenza, e la vidde ſua Paternità molte è diuerſe volte con le dette eleuazioni:* Summario dict. pagin. 107. § 41.

12 Teſtis LXXXI. Proceſſus Informatiui Confeſſarius Seruæ Dei, qui eam nouit annis duodecim Proceſs. fol.471. ter., & dixit: *Che queſta Serua di Dio fù molto dedita all'Orazione, e contemplazione, occupandoſi in queſta Vita la maggior parte del tempo, andando ſempre nella preſenza di Noſtro Signore, e ſe bene parlaua, e riſpondeua alle Perſone, che andauano à trattar con Lei, non ſi partiua un punto di tenere Iddio preſente, e dalla cognizione della ſua miſeria &c.* Summ. pag.110. §.54.

13 Pater Ioannes Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento Confeſſarius, & Director Spiritus Seruæ Dei, qui teſtatur de exercitio ejuſdem: *in vna Orazione continua molto ſtraordinaria, e così è andata, e và al preſente quaſi con vn aſtrazzione continua, & eleuazione in Dio, e tutto quello, che non è queſto, la ſtracca, e lo ſopporta come vn Martirio, mà molto conforme con la volontà di Dio, nel quale ſtà molto reſignata*. Summario pagin.111. §.60.

14 Hoc autem aſſiduum contemplationis ſtudium, majorem erga Deum Charitatem deſignat, vt ſcripſit Card. de Lauræa in 3. Sentent. diſputat.32. de Virtut. heroic. artic.11. num.295., vbi ait *heroicum eſſe amorem, quando feruida Charitas inceſſanter quærit* Deum *in omni tempore, de nocte, de die, in omni loco, per vias, & plateas &c.*, & dixerunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ S. Ludouici Bertrandi tit. *de Charitate in* Deum ibi = *ſæpiſſimè contemplationi vacabat, indefeſſus in Oratione*

per-

*perſiſtebat &c.*: de qua apud Eminentiſſimum de Lambertinis in ſæpedicto egregio *Opere de Seruor. Dei Beatificatione &c. libr.3. cap.23. ſub n.27. pag.294. col.1. in fine*.

15 Quin etiam plura habemus indicantia transformationem, & intimam unionem Animæ Ven. Mariannæ per ardentiſſimam Charitatem in hac vita cum illo, cui per gloriam vnienda erat in altera. Præmiſſo autem, quod ad hunc ſupremum vnionis Diuinæ ſtatum aſſequendum Marianna habuit potiſſimam diſpoſitionem, Animæ ſcilicèt perfectam puritatem; cùm continua in rebus omnibus propter Deum mortificatione, de quibus actum eſt ſupra, & ſermo redibit inferius. Quandoquidem hæc *vnio ſupernaturalis*, ut docet Myſticus Doctor S. Ioannes à Cruce in aſcenſu Montis Carmeli inter ejus Opera Myſtic. libr.2. cap.5. ſub §. Vt itaque: *Vnio ſupernaturalis tùnc eſt, quando duæ voluntates, Animæ videlicèt, & Dei ſunt vniformes, nec in vna aliquid reperitur, quod alteri repugnet; Sicque quando Anima totaliter ablegauerit à ſe omne illud, quod repugnat, nèc conformatur voluntati* Diuinæ, *remanebit in* Deum *per amorem transformata*. Et infra §. *Ex dictis*, vbi *ex dictis*, inquit, *maniſeſtius patet, diſpoſitionem ad hanc vnionem, ſicùt diximus, non eſſe proprium Animæ intelligere, neque guſtare, neque ſentire, neque imaginari circà* Dei *naturam, vel qualcmcumque aliam rem, ſed puritatem eſſe, atque amorem, hoc eſt perfectam reſignationem, ac totalem denudationem propter* Deum *factam*: *Et ſicùt non poteſt haberi transformatio perfecta, niſi perfecta puritas antecedat, ita ſecundum puritatis gradum, erit illuſtratio, illuminatio, & vnio Animæ cum* Deo *&c.*

16 Præmiſſo item, quod eadem Venerabilis vltimam habuit diſpoſitionem, vt ad apicem ejuſmodi myſticæ vnionis perueniret, Animam nempè perfectè purgatam, tùm *purgatione actiua*; ut declarant continuæ, & diriſſimæ ejus pęnitentiæ, & mortificationes voluntariè aſſumptæ, de quibus plenè actum eſt ſupra *in princip.* hujus *Inſpect.* §. 105. *Admittitur per Reuerendiſſimum*, & ifrà iterum ſub Virtute *Temperantiæ* §.4. *Ampla cum ſeqq. demùm*; Tum *purgatione paſſiua* medijs Infirmitatibus, alijsque relatis *in princip. Inſpect.* ſub §.146. *Fatetur Dominus*, quibus Deus illam probauit, & inuenit dignam ſe: Quod apertè docet S. Thereſia Manſion.7. Cap. primo §. *Quando Noſtro Signore*, & refertur à Cardinali Lauræa de Vnione Myſtica Opuſcul.8. cap.7. ibi = *Cùm* Deus *incipit miſereri afflictionum, & laborum, quos Anima, quam ſpiritualiter ſibi in ſponſum elegit, paſſa eſt propter amorem ſuum, antequàm celebretur, & conſummetur Matrimonium ſpirituale, eum in ſua manſione collocat*.

17 Hæc omnia ſuadent Sanctam Ven. Mariannæ Animam aſſecutam fuiſſe ſtatum hujus Myſticæ vnionis, qua mediante in Deum transformata extitit. Sed eam magis manifeſtant effectus ejuſdem unionis, maximæ Charitatis faſtigium denunciantes in hac Virgine, quam Deus adeo ad ſui amoris gaudia abduxerat, ut nequaquam in Corporis carcere detineri amplius videretur, ſed Deo tenaciter hærens, vnus cum ipſo ſpiritus euaſerit; Hoc enim denunciant frequentes *extaſes*, & *raptus*, mentiſque ſuſpenſiones, quas Serua Dei patiebatur tùm orando, tùm in lectione Spiritualium, tùm cum Cęleſtis Panis Sacramento reficeretur, & quas referunt Teſtes etiam de tempore permanentiæ ejuſdem Venerabilis in Domo paterna, ut patet ex Teſte XI. Proceſs. Apoſt., qui nouit Seruam Dei: *Anni trentatre, e più, prima che moriſſe*: Proc. fol. 1216. ter., & deponit: *Sapere, che queſta Serua di* Dio *impiegaua la maggior parte del tempo nell'Orazione, perche nel tempo, che la conobbe, & abbitò dentro d'vna medeſima Caſa con Lei, che furono più di quattordici anni; la vid-*

 de

*de ſempre eſſere molto dedita all'Orazione, & andaua tanto meſſa in* Dio, *che la conſideraua tutta la Caſa, perche ſe bene ſtaua raggionando, gli veniuano certe ſoſpenſioni, che ſi vedeua, che ſolo con il Corpo attendeua à quello, che era ſtare con li ſuoi Proſſimi, e con lo ſpirito ſtaua poſta in* Dio *&c.* Summar. pag. 97. §. 1.

18 Teſtis XXIV. dixit: *la* T*eſtimonia la conoſce* (Seruam Dei) *da sì che ſi sà raccordare, perche li ſuoi Padri abitarono vicino alli Padri della detta Serua di Dio, ed era grande la prattica trà vna Caſa, e l'altra &c.* Proc. fol. 1425. ſuper 25. Articulo dixit = *che sà, e conobbe nel modo, che ſi poſſono conoſcere gl'affetti interiori, che la detta Serua di Dio aueua il Zelo dell'Amor di Dio, e deſideraua, che tutti l'amaſſero, & era tanto ardente in Lei queſto affetto dell'Amor di* Dio, *che ancora nelle conuerſazioni, che aueua di materie ſpirituali, moſtraua eſſer così, quello, che riferiſce il detto Articolo, e molte volte la vidde la Teſtimonia eleuata in eſtaſi secondo pareua per la ſoſpenſione delli ſenſi nell'eſteriore per vedergli mutato il colore alcune volte aſſai acceſo, e gl'occhi fiſſi con attenzione, tutti ſegni, come dice, del ratto, in che ſi trouaua, e che viueſſe con queſto zelo dell'* Amor di Dio, *& operaſſe in Lei li detti eſtaſi, & eleuazioni, ne fù, & è publica voce, e fama.* Summ. pag. 114. §. 4.

19 Teſtis LXVI. Confeſſarius Seruæ Dei, qui *circa venti anni conobbe la Serua di Dio*: Proc. fol. 1925., dixit ſuper 15. Articulo: *che tutti li ſuoi raggionamenti erano trattare dell'amor di Dio, e perſuadeua a tutti queſto Diuino amore, e dalle ſue parole ſi conoſceua il grande amore, che aueua queſta Serua di Dio; Et in quanto all'eſtaſi sà il* Teſtimonio, *che l'ebbe, perche ſubbito finita di communicarſi rimaneua immobile, e ſoſpeſa, & in particolare vna volta, che ebbe neceſſità di parlare a queſta Serua di Dio, ſi accoſtò a lei, e la tirò per il manto, e vedendo, che non riſpondeua, tirò vn altra volta più forte, e non riſpoſe, & il Teſtimonio la laſciò per vederla, che ſtaua in eſtaſi, & in capo di mezz'ora tornò a vederla, e già era ritornata in ſe, e tien per certo, che queſto era ogni giorno finendo di communicarſi &c.* Summar. pag. 114. ſub §. 5.

20 Teſtis CLXXIII. Catharina de Chriſto (per errorem in Summario Teſtis CLXXII. ſub nomine Mariæ Ernandez) Socia Seruæ Dei, vt pluriès diximus annis decem, & nouem, quæ ſuper 15. Articulo dixit: *Et in quanto all'eſtaſi, che riferiſce l'Articolo, afferma la Teſtimonia, che vidde molti in lei, ma tanto diſſimulati, che anco ſtando in quelli, non tutti li conoſceuano, perche la ſopradetta li diſſimulaua quando vi era* T*eſtimonio, tantoche giudica la* T*eſtimonia, che domandaſſe a Iddio, che gli copriſſe queſti fauori, e la* T*eſtimonia colla licenza di ſtar ordinariamente con queſta Serua di Dio con perpetua aſtinenza, non li poteua coprir tutti, ſpecialmente quando ſtaua inferma in letto, e la* T*eſtimonia auanti ſola, vedendola molte volte eleuata, accoſtandoſi la* T*eſtimonia con il pranzo, ò cena, la laſciaua godere del regalo, che Iddio gli faceua, & aſpettaua occaſione di dargli da mangiare &c. ed aggiunge la* T*eſtimonia, che per doue conoſceua gl'eſtaſi diſſimulati, che ha detto, conuerſando, e raggionando, & in tutte le occaſioni era vna certa bellezza, che gli vedeua negl'occhi, e nella faccia, che pareua, che verſaſſe bellezza celeſtiale.* Summar. pag. 116. §. 14. & 15. Et ſuper 34. Articulo dixit: *in quello, che tocca agl'eſtaſi, la vidde molte volte in quelli, ſpecialmente nelle notti, come tempo più quieto, e libero dal trattato delle Creature, perche da queſte fuggì ſempre con gran ritiratezza, che vedeſſero in lei coſe tali, & anco ſi perſuade, che lo domandaſſe a Iddio, o ſia per l'vno, o per laltro, la vidde molte volte in eſtaſi, molte più volte di notte,*

*che*

*che di giorno, tanto nel ſuo Orto, come nella ſua Cella, ò quando ſtaua male nel ſuo medeſimo letto &c.* : dicto Summar. pag. 117. §. 16.

21 Teſtis CXCV. Confeſſarius Seruæ Dei ab anno 1601. vſque ad annum 1606 pro tempore ſcilicèt, quo adhuc degens in Domo paterna, incoluit Ciuitatem Vallisoletanam, vt oſtendimus ſupra *in princip. huius Inſpectionis* §. 7. *Quantò autem*, qui ſuper ſexto Articulo dixit : *Che era continuo nella detta Serua di Dio il far orazione, e contemplazione, perche non gli paſſaua ora del giorno ſenza farla, ritirandoſi dentro di ſe, e conſegnandoſi tutta a Noſtro Signore, & era tanto acceſo il feruore della ſua orazione, che in quella vi aueua molte illuſtrazioni, ed eleuazioni, come riferiſce l'Articolo, le quali il Teſtimonio procurò di leuargli, e conobbe coll'eſperienza della ſua communicazione, che non era in mano della detta Serua di Dio il fargli reſiſtenza, e la vidde ſua Paternità molte, e diuerſe volte con le dette eleuazioni*: Summar. pagin. 107. §. 41. Et ſuper 15. Articulo dixit ; *che fù grande l'amore, che portò a Iddio queſta ſua Serua, e così lo moſtraua nelle ſue parole, & opere, manifeſtatiui dell'amore, che aueua, perche ſempre parlaua, e trattaua di Dio, & in quanto agl'eſtaſi, & eleuazioni, sà, che li ebbe, e deſiderando leuarglili il Teſtimonio, per fuggire l'occaſione, che con eſteriorità ſi conoſceſſe la ſua gran Santità, non potè, riconoſcendo, che il tenerli procedeua dalla ſua gran contemplazione in Dio, & amore di ſua Diuina Maeſtà* : Summar. pag. 117. §. 17.

22 Teſtis XCIII. Religioſa Tertii Ordinis S. Franciſci, quæ = *conobbe queſta Serua di Dio quindici, ò ſedici anni, e con lei trattò con ſtretta amicizia &c.* Proc. fol. 2175. ter. Et ſuper 15. Articulo dixit = *innumerabili volte ſtando a ſolo con la ſola* Teſtimonia *in Caſa ſua, ò nella Chieſa parlando di Dio, ſi eleuaua in eſtaſi, tenendo con le ſue medeſime mani la Teſtimonia, & alcune volte le durauano queſte eſtaſi molto ſpazio di tempo, & altre meno, e conſiderò la* Teſtimonia, *& auuertì, che ſempre tornaua da queſti eſtaſi allegra, e ridente, moſtrando gran gaudio, e conſolazione nella ſua anima, e come per canzonetta diceua alla Teſtimonia, figlia da grazie a Dio per ogni coſa, e che foſſe molto grande il zelo, che aueua dell'amore di Dio &c.* Summario pag. 117. §. 19.

23 Teſtis XXI. Proceſſus Informatiui Religioſa Ordinis B. Virginis de Monte Carmelo, quæ dixit : *che ha conoſciuto la Serua di Dio dal tempo di venti anni in quà, e con lei trattò, e conuersò molto familiarmente, tenendola per guida nelle ſue coſe &c.* Proc. fol. 191. ter. Et ſuper 12. Articulo dixit ; *In particolare vidde la Teſtimonia, che entrando vn giorno alle ore vndici, e mezza nella Caſetta, doue abitaua queſta Serua di Dio, andò ad vn piccolo giardino, doue Ella ſoleua fare orazione auanti vna Croce poſta in mezzo di eſſo, e quiui entrò con molto ſilenzio ſenza, che Ella ſentiſſe, e vidde, che ſtaua inginocchioni con le mani gionte, gl'occhi eleuati al Cielo, & Ella ſimilmente alzata da terra più d'vna canna, e mezza, ſecondo gli parſe alla Teſtimonia, e marauigliata di quello, che vedeua, ſtette quieta ſenza interromperla nell'orazione, & in fine d'vn quarto d'ora vidde la Teſtimonia, che in quella medema maniera, e poſitura diede vna volta intorno alla Croce, e rimaſe in terra nella medeſima poſitura, e forma, che ſtaua, che era le ſpalle volte alla Teſtimonia, e ſenza auerla viſta gli diſſe Giouannina raccomanda a Dio quelli due Vomini, che ſi stanno ammazzando nella Fonte Caſtigliana, e la Teſtimonia lo fece, e dopoi ſeppe, che era la verità, che nella Fonte Caſtigliana ſtauano due Vomini contraſtando, e che vennero alla Chieſa già pacificati* : Summar. pagin. 118. §. 20. & ſeqq.

24 Teſtis XVII. Proceſs. Apoſtol., quæ nouit Seruam Dei duobus annis ante obitum Proc.fol.1301. Et dixit = *In quanto all' Eſtaſi diſſe, che vn giorno trà gl'altri di quelli, che la Teſtimonia ſi ritirò con la detta Serua di Dio al ſuo Oratorio à orare, come hà detto nel ſeſto Articolo di queſta ſua depoſizione, la vidde dopo dell'Orazione ſoſpeſa, & eleuata, e la Teſtimonia ſi accoſtò à lei, e con vn ſol dito gli toccò la mantellina, e come ſe foſſe ſtato di piuma il corpo di queſta Serua di Dio, così ſi diſcoſtò per buon ſpazio, rimanendo la Teſtimonia marauigliata di quello, che vidde &c.* Summar. pag.113. §. 1.

25 Teſtis XXXVI., quæ ſuper primo Articulo dixit = *Hà conoſciuto la Serua di Dio da ſei anni in qua in circa, e con lei trattò, e communicò molto di ordinario &c.* Proc. fol.267., Et ſuper 12. Artic. dixit = *Stando parlando alcune volte con la Teſtimonia rimaneua con vna ſoſpenſione, che chiaramente conoſceua la Teſtimonia, che ſtaua in profonda orazione, gl'occhi tanto fiſſi, & inchiodati in vna parte, & in vn modo, che ſi vedeua ſtar ritirata la viſta ſenza muouerla in alcuna parte, e paſſato quel ratto, tornaua à continuare in quello, che ſi ſtaua trattando prima, di maniera, che crede, e tiene per certo, e ſenza dubio alcuno, che queſta Serua di Dio continuamente andaua nella preſenza di Noſtro Signore, e con grandiſſima orazione, e contemplazione ſecondo quello, che conobbe in lei &c.* Summ. pag. 118. §. 26.

26 Concordant alij plures & Confeſſarij Seruæ Dei, & Teſtes relati in *Summario* nempe Teſtis XX. *Proceſs. Apoſtolici Summario pag.*97. §. 2., & 3. Teſtis XXIII. *pagin.* 98. §. 5. = Teſtis CLXIII. *pagin.* 104. §. 31. = Teſtis CXXXIII. *Proceſs. Informatiui pagin.* 111. §. 59. = Item Teſtis XVIII. *Proceſs. Apoſtolici Summario pagin.*113. §. 2. = Teſtis LXX. *pagin.* 114. §. 6. = Teſtis LXXIV. *pagin.*115. §. 8. = Teſtis LXXXV. *d. pag.* §.9. = Teſtis CXXV. *pag.*116. §.11.

27 Relatæ autem admirabiles Extaſes, & raptus, mentiſque ſuſpenſiones, quas Seruam Dei tùm in oratione, tùm in lectione ſpirituali, tùm etiam in Sanctiſſima Communione frequentèr, exceptam fuiſſe conſtat, apertiſſimi ſunt effectus eius ardentiſſimæ charitatis in Deum, eiusdemque Mariannæ intimæ vnionis cum Deo, juxtà doctrinam S. Dionyſij de Diuin. Nominib. cap. 8. appoſitè dicentis = *Extaſim facit amor, & amatores ſui Juris eſſe non ſinit &c.* S. Laurentius Juſtinianus libr. 2. de Humilitate cap. 12. in princip., pagin. 1039. litt. E. = ibi = *Hæc Dona Cœleſtis gratiæ* (Ecſtaſes) *impertiuntur ad ornatum, perſuadentque intuentibus, & intelligentibus, hominem eſſe Sanctum, ſpiritualibus muneribus plenum, & cum eodem* (Deo) *intima charitate coniunctum:* Contilor. de Canonization. Sanctor. cap.14. num.26. vbi; *Item ſignum*, inquit, *Sanctitatis eſt ecſtaſis, ſeu raptus, quando ſcilicèt quis Spiritu Diuino eleuatur ad aliqua ſupernaturalia cum abſtractione à ſenſibus, juxtà illud Ezechielis* 8. *ſpiritus eleuauit me inter Cœlum, & Terram, & adduxit me in Hieruſalem in viſionem Dei &c.* Cardinal. de Laurea in tertium ſentent. tom.4. diſput. 20. de Miraculis artic. 23. num.992. in fin., vbi concludit, *huiuſmodi amoris deliquia* (exceſſus, & Ecſtaſes) *in contemplatione Diuinorum, & feruenti in Deum Charitate ab ipſomet Deo excitata, & inflammata procedere, & eidem Deo gratiſſima eſſe, ideoque ſigna eſſe magnæ Dei amicitiæ, ac ſanctitatis*; Idque pluribus confirmat, præſertim num.996., vbi: *non legimus*, inquit, *omni fideli, neque mediocritèr deuotis, ſeu ſpiritualibus, eiusmodi Ecſtaſes ex Dei amore procedentes conceſſas, ſed perfectis, & in ſpirituali vita conſumatis, vt Sanctis Franciſco, Dominico, Antonio, Bonauenturæ &c. Catharinæ Senenſi,*

*Thare-*

*Thereſiæ &c.*, *ergo ſunt ſigna Diuinæ amicitiæ, ſeù ſanctitatis, ſi virtutibus, & Charitati ſint coniunctæ*. Cardinal. Bona in *via compendij ad Deum cap. 5. num. 3.*, vbi, quod in Animam ex fedeliſſima cum Deo myſtica vnione deriuantur, quaſi riuuli à fonte, omnia bona, & *hinc feruor, languor &c. Ecſtaes, raptus, ſuſpenſio, & alia multa &c.*

28 Eluxit inſuper in Venerabili Marianna mira quædam totius Animæ quies, & pax, dulciſque tranquillitas, itaut videretur prægustatio pacis futuri ſeculi, de qua deponunt quamplures Teſtes, præſertim.

29 Teſtis LI. Proceſs. Apoſtol. Carmelita Diſcalceatus qui nouit Seruam Dei anni 24. ante obitum Proceſs. fol. 1770. tergo, & dixit = *Che con particolar attenzione notò in queſta Serua di Dio grande egualità di animo, e pace interiore in tal modo, che niente la mutaua &c.* Summario pag. 203. §. 5.

30 Teſtis CVIII. Superior Generalis Mercenariorum Diſcalceatorum, & Confeſſarius Ordinarius Seruæ Dei, qui nouit Seruam Dei octo, aut nouem annis ante obitum Proc. fol. 2315., & dixit = *Auer ſperimentato il tempo, che trattò, e communicò con queſta Serua di Dio, la gran pace del ſuo ſpirito, che coſa alcuna di ſucceſſo proſpero, ò contrario la mutaua &c. di maniera che pareua, che cominciaua à godere in queſta vita la detta Serua di Dio della tranquillità, e pace, che ſi gode nella futura &c.* Summario pagina 205. §. 13.

31 Teſtis CLXXIII. Socia Seruæ Dei annis decem, & nouem ante obitum, vt pluries dictum eſt, quæ dixit = *Eſſendo certo, e ſenza dubio, che la ſopradetta* ( Serua Dei ) *aueua grandiſſime infermità, che in qualſiuoglia perſona aueriano caggionato lo ſtarſi lamentando perpetuamente, le perſone, che la pratticauano non ſi poteuano perſuadere, che ſtaſſe inferma, vedendo la grand'allegrezza del ſuo volto, e quella pace, con che parlaua con tutti, ſenza moſtrar malinconia, nè faſtidio, mà vna bocca ridente, e queſta tanto modeſta, che faceua tutti conſiderar queſto, facendoſi amabile ſopra modo con tutti &c.* Summ. pag. 207. §. 21.

32 Teſtis LXXXI. Proceſs. Informatiui Confeſſarius Seruæ Dei, qui nouit Seruam Dei = da dodici anni in quà in circa Proceſs. fol. 471. tergo, & dixit = *Che in tutto il tempo, che trattò, e communicò con queſta Serua di Dio, ſempre vidde in lei particolar mortificazione delle paſſioni &c., e che colla grazia di Dio era arriuata ad auere nella ſua Anima vna pace, e quiete ammirabile in tal maniera, che ſempre ebbe vna perpetua coſtanza, & egualità di animo, ſenza che la turbaſſe, nè mutaſſe neſſun ſucceſſo, che aueſſe, ò proſpero, ò contrario, eſſendo la detta Serua di Dio tanto particolare, che afferma il Teſtimonio, che ſempre la vidde con la egualità di animo, che hà detto, & vna pace di ſpirito ammirabile, che pareua che ſteſſe godendo in queſto Mondo li piaceri Celeſti.* Summario pagina 213. §. 51.

33 Et Pater Joannes Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento alter Confeſſarius, & Director Spiritus Seruæ Dei = *La continua orazione di queſta Serua di Dio, ò quaſi continua è vna ſoſpenſione, e quiete interiore in Dio con gran pace, ſenza che le potenze, ò ſenſi l'impediſſero, per ſtar tutta in gran ſilenzio, e come in vn Cielo molto ſereno, e pacifico interiore, rimanendo ordinariamente in affetti molto intimi d'amore &c.* = Summario pag. 112. §. 63. Et concordant alij diffuſius recenſendi cùm incidet ſermo *de Fortitudine*.

34 Hæc

34 Hæc autem Animæ Ven. Mariannæ quies, & ſuauis tranquillitas ardentiſſimam charitatem, dictamque myſticam cum Deo vnionem oſtendit, cuius eſt effectus iuxta D. Bonauenturam tract. de ſeptem gradib. contemplat., vbi quod illius effectus eſt *quies totius animæ, mira quædam, & ſuauis tranquillitas per infuſam nobis ex frequentia Orationis dulcedinem concreta*; Hinc non mirum ſi dicunt Teſtes, præſertim experti Confeſſarij, quod Marianna viuebat: *di maniera che pareua, che cominciaua à godere in queſta Vita della tranquillità, e pace, che ſi gode nella futura: auere nella ſua anima vna pace, e quiete ammirabile &c. vna pace di ſpirito ammirabile, che pareua che ſteſſe godendo in queſto Mondo li piaceri celeſtiali*: Nam, vt bene ait Jo. Gerſon. de myſtica Theologia ſpeculatiua Conſideration.42. col. mihi 395., & ſeqq. operum Tom.3. *per prædictam amoroſam vnionem, in qua myſtica Theologia conſiſtere videtur, anima quietatur, ſatiatur, & ſtabilitur &c. Nam cum res quælibet ſit in quiete, dum perfectionem ſuam adepta eſt, illique coniuncta; & ſpiritus noſter vnitur, & coniungitur ſummo perfectibili per amorem perfectum, vt exinde quietetur, ſatietur, ſtabiliatur neceſsè eſt &c. Anima quippe rationalis, dum coniungitur, & vnitur Deo, copulatur ſuo ſummo bono: eſt enim Deus ſummum bonum eius: eſt Centrum eius, finis, totaque ipſius perfectio: quid ergò aliud ipſa requireret, aut ad quid aliud vlteriùs inhiaret?*

35 Præterea Serua Dei cum Orationi incumberet: Cum Sacra Synaxi reficeretur: Contemplaretur, miros fulgores, fulgenteſque radios ex vultu, & etiam ex toto corpore emittebat: Vultus inſuper eius intuentium oculis videbatur tanquam vultus Angeli ſtantis inter illos, vt affirmant.

ex omnibus, quæ de aſſiduo, vt Deo placeret, exercitio *in mortificatione omnium corporis ſenſuum*, diffusè probauimus ſupra §.105. *Admittitur per Reuerendiſſimum & ſeqq.*, & præſertim agendo de mortificatione *Guſtus*, *& Tactus* probauimus aſperrimum vitæ genus, quo Marianna vaſa ſuæ carnis per longiſſimum dictæ ſuæ vitæ curſum vſque ad illius finem, & ſine intermiſſione anguſtiauit, ex quibus dilatata apparent ſpatia charitatis eiuſdem Serue Dei, iuxtà illud Auguſtini *Serm.10. de Verb. Domini*: *Si anguſtiantur Vaſa carnis, dilatentur ſpatia charitatis*. Probauimus inquam Seruam Dei ab adoleſcentia vſque ad obitum fuiſſe in cibo arctam, & in potu diſtrictam: ad neceſſitatem tantùm naturæ, non ad voluptatem. Probauimus eius continua, & valdè rigoroſa ieiunia: atroces, atque cruentas flagellationes: aſperrima cilicia: duriorem ſtratum: Cellulam omnibus vacuam; aliaque plura probabimus in examine Virtutis *Temperantiæ*.

112 Prædictis accedebat hilaris, & conſtans morborum tolerantia, continuarum ſcilicèt, & grauiſſimarum Infirmitatum, ac acerbiorum corporis cruciatuum, quos Marianna mente in Deum defixa libentèr excipiebat, maioreſque exoptabat, vt Deo placeret, de quibus latè actum eſt ſupra in §.146. *Fatetur Dominus & ſeqq.*

113 Eiuſmodi autem morborum tolerantia: illa ex animo ſenſuum mortificatio: voluntaria Corporis caſtigatio. Hæc omnia habitum heroicæ charitatis in Deum patefacere docent S. Gregorius *libro 5. in primum Reg. cap.4.*, vbi ait: *potentèr Corpus extenuat, quo amore Cęleſtium cor inflammat, quia dum ſpiritualia fortitèr diligit, deſideria carnis valenter premit*: Et S. Thom. *Opuſcul.61.*, vbi ait: *Probatio quidem dilectionis exhibitio eſt operis, ſed validior probatio ſubſtinentia tribulationum*: Rem holocauſto maiorem, & Martyrio ſimilem dicit S. Ioannes Chryſoſtom. *Homil.11. in epiſtol. ad Hæbreos*: *Cum enim*, inquit, *liceat delicioſè agere, ſi eligetur laborioſa vita, & amara mortificans Corpus, nonne holocauſto maior eſt? mortifica ergò corpus tuum, & crucifige; & accipies & tu huius Martyrii Coronam: quod enim ibi gladius operatur, hoc animi alacritas faciet*; & poſt alios Matthæucc. in ſæpedicta *Practic. tit. 2. cap.2. §.3. num. 10. §. Alii pagin.69.*, vbi *alii*, *ait*, *extremam paupertatem ſuſtinuerunt, Caſtitatem exactiſſimè ſeruarunt, & mira humilitate aliis promptiſſimè obediendo, ſe ſubmiſerunt, alii abſtinentiis, ieiuniis, flagellationibus aſſiduis carnem ſuam cum vitiis crucifixerunt, & nihil durum, atque aſperum prò amore Dei cenſuerunt. Hæc ſunt vniuoca intenſi amoris in Deum Symbola &c.*

114 Et vt Titulum, de quo agimus, charitatis in Deum concludamus, prætermiſſis quampluribus aliis, qui adduci poſſent, ab eadem Virtute elicitis actibus, ac repetitis ijs, quos ſuperius agendo de Fide, & de Spe recenſuimus, imperio charitatis productis; maximus ille præ cæteris, ac inenarrabilis religionis, & deuotionis ſenſus, quo Auguſtiſſimum Sacramentum, illiuſque Miniſtros, celebrationem, ſumptionem, proſequebatur, locupletiſſimè teſtari poteſt hanc in Deum eximiam charitatem. Siquidem Serua Dei, coram eo genibus humi prouolutis continuos fermè dies orans tranſigebat, præcipuè verò cum venerationi publicè exponeretur; Vt autèm publica fieret illius expoſitio feria quinta cuiuſlibet hebdomadę quotannis in Eccleſia S.Barbaræ ipſa fecit; vtque actio ſolemniori pompa compleretur, plerùmque ſuppeditabat expenſas, ac recentibus ornabat Altare floribus, etiam hyemali tempore mirabiliter ex eius hortulo obtentis, omnibuſque eamdem deuotionem inſinuabat, vt deponunt.

Te-

115 Teſtis L. Proceſſus Apoſtol. ; quæ *nelli* 15. *anni, che trattò, e communicò con queſta Serua di Dio &c. Proc. fol.*1750. Et ſuper 4. Articulo dixit: *In quello, che tocca alla deuozione del Santiſſimo Sagramento vidde la Teſtimonia, che ordinariamente ſtaua la maggior parte del giorno proſtrata auanti ſua Diuina Maeſtà, e con tanta attenzione, che ſe bene alcune volte ſi accoſtaua a lei, e la muoueua, la trouaua come insenſibile, & in capo di tempo tornaua, e parlaua alla Teſtimonia, e nel tempo, che la conobbe, e communicò in diuerſe occaſioni, ammoniua la Teſtimonia, e la perſuadeua, che foſſe molto deuota di queſto ſoprano Miſterio, moſtrando nelle ſue parole, & affetti la ſingolar diuozione, che gli portaua &c.* : *Summario pag.*57. & 58. §.3.

116 Teſtis LXXIV. Confeſſarius Seruæ Dei, qui dixit = *nelli dicisſette anni in circa, che trattò, e communicò con queſta Serua di Dio Proc. fol.*2015. *ter.* Et ſuper 4. Articulo dixit: *In quanto al Miſtero del Santiſſimo Sagramento fù eccellentiſſima la ſua deuozione, moſtrando teneriſſimi affetti a queſto ſoprano Miſtero, e nelle feſte ordinarie, che ſi celebrano nel detto Conuento di Santa Barbara, tutti li giouedì dell'anno queſta Serua di Dio raccoglieua la cera tra le ſue Amiche, e la daua per ornamento dell'Altare, & in queſti giorni era grande il gaudio, e giubilo, che aueua la detta Serua di Dio* : *Summ. pag.*60. §. 15.

117 Teſtis LXXXVIII. quæ = *Diſſe che da che ſi sà ricordare conobbe queſta Serua di Dio, e con lei trattò, e communicò da molto piccola &c. Proc. fol.*2127. Et ſuper quarto Articulo dixit: *In quanto alla deuozione del Santiſſimo Sagramento, lo sà, perche ordinariamente la ſopradetta aueua penſiero di portare fioretti per il Santiſſimo Sagramento; e con particolarità notò la Teſtimonia, che molte volte entrando nel giardino della detta Serua di Dio alcune mattine, le notti, che dormiua in caſa ſua, che erano molte, a cercar fiori, vedeua, che non vi erano, e pigliaua le foglie di cert'erbe, che chiamano di Santa Maria, perche non trouaua fiori da pigliare, e quando arriuaua l'ora di andarſene la Serua di Dio alla Chieſa, entraua nel Giardino, e cauaua fuori roſe, e fiori per portare al Santiſſimo Sagramento &c.* = *Summario pag.*60. §. 16. & 17.

118 Teſtis CVII. Soror Seruæ Dei *Proc. fol.*2305. quæ ſuper 4. Articulo dixit = *Del Santiſſimo Sagramento conobbe la ſua gran deuozione, in che ſempre tutto il tempo, che la conobbe in caſa ſua, tutto il lauoro, che faceua era in ſeruizio del Santiſſimo Sagramento, & ornamento degl'Altari, e cauò licenza da ſua Madre, perche la Teſtimonia s'aiutaſſe in queſti lauori, ancorche per queſto laſciaſſe qualſiuoglia altra occupazione &c.* = *Summario pag.*62. §. 23.

119 Teſtis CXXIII., quæ = *Da più di quarantadue anni prima, che moriſſe queſta Serua di Dio Madre Marianna di Ieſu la conobbe &c. Proc. fol.*2420. *t.* Et ſuper 4. Articulo dixit = *Fù molto deuota* (Serua Dei) *del Santiſſimo Sagramento, perche aſſiſteua con gran deuozione nella ſua preſenza il giouedì, quando ſtaua ſcoperto, e vedendola la Teſtimonia tanto teneramente innamorata di queſto ſoprano miſterio, gli daua, e portaua paſtiglie, ed altre coſe per abrugiare auanti il Santiſſimo Sagramento, il che ella riceueua con molto guſto per eſſere per noſtro Signore, & alla Teſtimonia gli diceua, moſtrando il Santiſſimo Sagramento, Iſabella ſia molto diuota del mio Signore, e ritirati in vn cantoncino, e con grand'vmiltà, e deuozione raccomandati molto à Lui, moſtrando in queſto, & altre coſe, che notò, & auertì in Lei la gran deuozione, che portaua à queſto ſoprano Miſtero &c. Summario pag.*62. *ſub* §. 26.

Teſtis

120 Teſtis CLX., qui = *Trattò con queſta Serua di Dio li pare, che furno circa tredici, ò quattordici anni, ſe bene ſempre continuati &c. Proc. fol.* 2729. Et ſuper 4. Articulo dixit = *In particolare fu notabile la diuozione, che portò al Santo Miſterio del Sagramento dell' Eucariſtia, e fu lei quella, che più fomentò in vita la ſua Feſta, che ſi fa li giouedì di tutto l'anno nella Chieſa di S. Barbara, e le cercaua la cera, e daua denari per gl'odori, & altre coſe, dando animo alla detta deuozione, e mettendola nel punto, che oggi tiene con tanto eſempio, & edificazione di queſta Corte &c. Summario pag.* 63. §. 27.

121 Teſtis CLXIII., Sacriſta maior, vt pluries dictum eſt, Eccleſiæ S. Barbaræ, qui nouit Seruam Dei annis 20., *aut* 22. *Proc. fol.* 2745. *& t.* Et ſuper 4. Articulo dixit = *Era ſingolare la ſua tenerezza, e diuozione al Santiſſimo Sagramento dell' Eucariſtia, portandogli grandiſſima riuerenza, facendo molte riuerenze, e portando fiori del ſuo giardino quaſi ogni mattina, perche ſi metteſſero nella ſua cuſtodia, e quando ſtaua ſcoperto faceua molti ſegni della ſua gran deuozione, & era innamorata di queſto ſoprano Miſterio, e daua quaſi tutta la cera, che ſi conſumaua nell' Altare, quando ſi ſcuopriua ſua Diuina Maeſtà, e cercaua acque odorifere, e profumi per ſimili occaſioni, gettando dal ſuo viſo ſegni di allegrezza in ſimili feſte &c. Summario pag.* 63. §. 28.

122 Et Teſtis CLXXIII. Socia Seruæ Dei annis decem, & nouem, quæ ſuper 4. Articulo dixit = *In particolare ſi conobbe il ſuo grand' affetto, e diuozione al Santiſſimo nella tenerezza, con che parlaua di queſto Miſterio, e la puntualità, con che aſſiſteua li giouedì, quando Sua Diuina Maeſtà ſtà ſcoperto, non eſſendo poſſibile cauarla dalla Chieſa in queſti giorni, & afferma la Teſtimonia, generalmente parlando, che per cauarla li giouedì dalla detta Chieſa, e farla venire à mangiare, gli coſtaua grandiſſimo trauaglio, & era biſogno valerſi del commandamento delli Superiori, conoſcendoſi in lei in queſti giorni particolare deuozione, e tenerezza in tutte le ſue parole, & azioni; Et in ſeruizio del Santiſſimo Sagramento conſumaua profumi, e cera, e metteua gran cura in portare alcuni fioretti per metterli nell' Altare, doue vi aueua meſſo gran guſto, e notò la Teſtimonia con ammirazione, che ſempre cauaua fiori del ſuo Orticello, ſe bene non era tempo d'eſſeruene &c. = Summ. pag.* 64. §. 30. *& ſeqq.*

123 Teſtis CXCV. Ordinis Prædicatorum ordinarius Confeſſarius Seruæ Dei in ſtatu ſeculari ab anno 1601. ad annum 1606. in Ciuitate Valliſoletana, qui ſuper 4. Articulo dixit = *Molto in particolare la vidde eſſer deuota del Santiſſimo Sagramento, e così lo riceueua in quel tempo ogni giorno, & il Teſtimonio come ſuo Confeſſore, che fu mentre viſſe in queſta Città, gli l'ordinaua così per vederla non ſolo virtuoſa, e ben inclinata, mà per la gran deuozione, che aueua à queſto ſoprano Miſtero &c.* = *Summario pag.* 65. §. 34.

124 Et Teſtis CXXXV. Proceſſ. Inform., qui nouit Seruam Dei = *Da vndici anni in qua in circa &c. Proc. fol.* 749. Et ſuper 4. Articulo dixit = *Ma in particolare puole affermare, che fu eſtremo l'amore, che portò al Santiſſimo Sagramento dell' Euchariſtia, perche non ſolo inteneriua la detta Serua di Dio guſtando di vederlo ſcoperto, ma accendeua, & ardeua li cuori di quelle perſone, con chi parlaua, trattando di queſto ſoprano Miſterio, accioche tutti foſſero molto diuoti &c. = Summ. pag.* 66. *in initio.*

125 Et concordant alij plures vel relati, vel indicati in *Summario pag.* 57. §. *primo vſque ad paginam* 66. *incluſiuè.*

126 Quotidiè magno cum deuotionis feruore, humilitate, & condigna præpara-

paratione accedebat ad Sanctiſſimam Euchariſtiam, vt pluribus probauimus in Reſponſione ad primam Animaduerſionem III. Inſpectionis §. 93. *Sacramentum vero*, *& ſeqq.* Quod eſſe notam Sanctitatis, & heroicæ Charitatis in Deum oſtendimus ibidem ſub §. 104. *Diximus*.

127 Sæpè etiam cùm oraret maximè ſumpta Sanctiſſima Euchariſtia, ſpiritu in Deum eleuata, ac Cœleſtium contemplatione rapta, immobilis permanebat, vt habetur ſuperiùs §. 17. *Hæc omnia*, *cum ſeqq.*, *& ex Summario* præſertim *pag.* 114. § 5. *pag.* 115. §. 9. *pag.* 116. §. 11.

128 Ob eumdem ſingularem pietatis, & deuotionis ſenſum erga Dominicum Corpus, ſancta inerat in Marianna cupiditas Rei Diuinæ, qua impellente ſingulis diebus ſumma deuotione, ac attentè pluribus intererat Sacris, imo quotquot in Eccleſia celebrabantur à primo mane vſque ad meridiem, vt deponunt.

129 Teſtis XLVII. Proceſſ. Apoſt., qui ſuper primo Articulo dixit = *Che in trentaquattro anni in circa, che conobbe la Serua di Dio, li ſette di eſſi aſſiſtendo con lei in vna medeſima Caſa &c.* Proceſſ *fol.* 1700. *ter.* Et ſuper 12. *Diſſe, che nel tempo, che il Teſtimonio, come hà detto, conobbe la detta Serua di Dio, ogni giorno andaua à ſentir Meſſa, e queſto era già ſtabilito con ſuo Padre, che gli aueua da dar licenza, e così ſtaua nella Chieſa fino paſſata l'ora duodecima del giorno* ( poſt meridiem ) *ed inteſe dire il Teſtimonio, che in S. Barbara ſimilmente vdiua ogni giorno meſſa &c.* = *Proc. fol.* 1702. *ter.*

130 Teſtis CXLV. qui dixit = *Che ſaranno* 14. *anni, che cominciò à conoſcere la Serua di Dio Proc. fol.* 2632. Et ſuper 12. Articulo dixit = *Che non ſolo vdiua vna Meſſa queſta Serua di Dio, ma era tanto affezionata à queſto ſanto Sacrificio, che ſi ritiraua molto à buon'ora, ed aſſiſteua tutta la mattina nella Chieſa per non perdere neſſuna di quante ſi diceuano, aſſiſtendo con grandiſſima diuozione &c. Summ. pag.* 68. §. 10.

131 Teſtis CLXXIII. Socia Seruæ Dei annis 19., quæ dixit = *Da che la Teſtimonia comincio à conoſcere queſta Serua di Dio, e ſin che la ſopradetta morì, ogni giorno dalla prima Meſſa, che ſi diceua in S. Barbara alle quattro, ò poco più della mattina, ſino all'vltima, tutte le ſentiua con grand'attenzione, e diuozione, e conſiderò la Teſtimonia, che mentre la laſciauano le Creature, e non l'andauano à parlare, lei ſtaua inginocchioni, e con notabil compoſizione, il che era ordinario in queſta Serua di Dio, ſe non era che l' impediſſero le ſue infermità, che allora, come hà detto, ſi ebbe licenza di dirgli la Meſſa nella ſua Cella, ed il Signor Cardinale Trezo gli la faceua dire, aſſiſtendoui Sua Signoria Illuſtriſſima, ſintanto che da poi ottenne il Breue di Sua Santità &c.* = *Summario pag.* 68. §. 11.

132 Teſtis CXCVI., qui = *Diſſe, che per più di* 20. *anni li pare, che conobbe la Serua di Dio* = *Proc. fol.* 3055. Et ſuper 12. Artic. dixit = *Auer viſto l'aſſiſtenza grande, che la detta Serua di Dio faceua nella Chieſa del Conuento di S. Barbara, ſentendo non ſolo vna Meſſa, ma molte, e quando per la ſua infermità non poteua venire alla Chieſa, in virtù dell' Indulto, che aueua di Sua Santità, glie la diceuano nella ſua ſtanza, e l' Illuſtriſſimo Signor Cardinal di Trezo, che oggi è Preſidente di Caſtiglia glie la diceua alcune volte lui ſteſſo, e la communicaua &c.* = *Summario pag.* 69. §. 13.

133 Concordant alij plures relati in *Summario pag.* 66. §. *primo*, *pag.* 67. *à* §. 2. *vſque ad* 7. *pag.* 68. §. 8., *&* §. 9. *&* 12., *& pag.* 69. §. 14., & alij ibidem indicati.

134 A vehementi Diuini amoris flamma ex ſæpedicta intima vnione Serua Dei

Dei ſuccenſa, agebatur in præcordijs ſpiritus, vt præſens adeſſet Dilecto, qui Ven. Sacramento contentus, eſcam dedit timentibus ſe; Hinc in nulla re requiem capiendo, inflammantem iſtam anzietatem ſentiebat, & opere exprimebat, juxtà illud S. Iob. *Si dormiero dicam, quando conſurgam? & rurſum expectabo Veſperam* = Quandoquidem moræ impatiens, vt deſiderio contemplandi Cœleſtem Sponſum in pane Euchariſtico faceret ſatis, valde mane ſurgebat, & ad Eccleſiam pergens ante fores eiuſdem tunc occluſas expectans genibus flexis expectabat quoad vſque illæ patefierent, vt ingrediens inueniret quem diligebat Anima eius = *Era tanto il deſiderio che aueua* (Marianna) *di venire à fare orazione auanti il Santiſſimo Sagramento, che non ſi poteua quietare, e così molto ſpeſſo, quando il Teſtimonio apriua la Porta della Chieſa, con eſſer molto à buon'ora, la trouaua poſta inginocchioni in eſſa, aſpettando, che apriſſero &c.* = ſunt verba Teſtis CLXIII. Proceſſus Apoſtolici, qui dixit = *Sono venti, ò ventidue anni, che è Religioſo, ed è Sagreſtano maggiore del Conuento di Santa Barbara &c. Diſſe, che da che è Religioſo conobbe, e trattò con la Ven. Serua di Dio &c. Proceſſ. fol. 2745. ed eod. t.*

135 Concordat ſæpedicta Socia Seruæ Dei Teſtis CLXXIII., quæ addidit, quod Serua Dei illud idem, quod manè, agebat hora Veſperarum = *Sempre* (Serua Dei) *ſtaua aſpettando, che ſi apriſſe* (mane) *& aprendoſi la Porta della Chieſa, ſubito entraua &c. la ſopradetta ſi metteua in orazione &c. aſſiſtendo la mattina nella Chieſa ſinche li Sagreſtani la cacciauan fuori, perche volean ſerrare, & allora ſe ne veniua alla ſua Cella, e ſubito tornaua al ſuo eſercizio, aſpettando, che apriſſero la Porta della Chieſa, e ſubito aperta, entraua alli Veſperi &c.* = *Summario pag.* 105. §. 34.

136 Et Teſtis L., quæ = *Nelli quindici anni, che communicò, e trattò con queſta Serua di Dio, li dieci con amicizia ſtretta, e gli altri di cognizione leggiera &c. Proc. fol.* 1750., *& ſuper* 6. dixit = *Che la Teſtimonia dal tempo, che con familiarità trattò l'amicizia di queſta Serua di Dio, ſi rizzaua molto à buon'ora, & andaua alla Chieſa nella quale molte volte trouaua la detta Serua di Dio, & altre volte alla porta aſpettando, che apriſſero, perche appena era ben di giorno, ed entrauano nella Chieſa &c. e puntualmente alle due* (poſt meridiem) *già ſtaua nella Chieſa, aſſiſtendo all' Officio Diuino de Veſperi, e dopoi rimaneua in orazione auanti il Santiſſimo Sagramento &c.*

137 Ergà Sacerdotes verò vtì Miniſtros Ven. Sacramenti, & Diſpenſatores Myſteriorum Dei tanta ferabatur pietate, & veneratione, vt nonniſi in genua prouoluta, poſt pedum oſcula, illos alloqueretur, vt teſtantur plures Sacerdotes, alijque Teſtes relati in *Summario pag.* 239. §. 4. *pag.* 244. §. 23. *pag.* 245. §. 30. *pag.* 246. §. 32. *pag.* 247. §. 37., *&* 42., *& pag.* 252. & prædictorum plures leguntur infra ſub *Temperantia*, vbi agitur de Humilitate Seruæ Dei §. . *Hæc generaliter*, cum pluribus *ſeqq.*

138 Ex omnibus modò probatis circà eximiam Seruæ Dei Deuotionem, maximumque animi affectum, & amorem in Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, habitus heroicæ charitatis in Deum Animæ Mariannæ inſidens euidentiſſimè reſultat, cùm hoc Ven. Sacramentum ſit vinculum Charitatis juxtà D. Auguſtinum in Ioann. *Tract.* 25. *poſt med.* dicentem = *O Sacramentum pietatis, ò ſignum Vnitatis, ò Vinculum Charitatis*, & D. Thomas *part.* 3. *quæſt.* 73. *artic.* 3. ad finem Euchariſtiam dicit = *Sacramentum Charitatis quæ eſt Vinculum perfectionis*, & firmant Schacch. *de notis, & ſign. Sanctitatis ſect.* 5. *cap.* 3. *pag.* 322., & Cardinal. de Lauræa *diſput.* 32. *de Vrtut. hæroic. artic.* 11. *num.* 308.

De

# De Charitate in Proximum.

1 Poſt maximum, & primum in Lege mandatum, de quo vſque modò egimus, ſequitur ſecundum huic ſimile: *Diliges Proximum tuum ſicùt te ipſum*. Hoc mandatum nouum à Chriſto Domino nobis datum fundatur in eodem amore ſupernaturali, quo amamus Deum: Deum tamen propter ſe, & Proximum propter Deum; *Non alia* enim, vt dixit Auguſtinus in Sermone poſt Aſcenſ.; *Non alia Charitas diligit Proximum, quàm illa, quæ diligit Deum*. Hinc ortum habuerunt in Serua Dei in ſuperiori, & heroico gradu actus dilectionis ergà Proximum, ſicùt ſe ipſam quoad ſpiritualia, ſupra verò ſe ipſam quoad temporalia, atque ita omnibus ſe præbuit exemplum huius heroicæ Virtutis, vt deponunt Teſtes optimè informati in *Summario* relati.

2 Et agendo de ſpiritualibus, eluxit in Serua Dei vehemens, & feruentiſſimus zelus ſalutis animarum, labor inſuper aſſiduus, & delectabilitèr impenſus, vt Proximi ad Deum traherentur; eluxit autem ab eius prima ætate, nempe ab adoleſcentia vſque ad vitæ exitum; & quidem ab ipſa adoleſcentia in Domo paterna, vt deponunt Teſtes de viſu, & facto proprio, nempe

3 Teſtis XLVII. ibi = *Nelli ſette anni, che viſſe in Caſa della ſopradetta* (Serua Dei) *come Officiale di ſuo Padre vidde molte volte, che &c. quande tornaua da ſentire alcuni ſermoni, li ripeteua, inducendoli, che andaſſero à ſentirli* = *Summario pag.*23. §. 19. = Et ſuper 11. Articulo = *Sapere il contenuto in eſſo &c. perche vidde la gran frequenza della Serua di Dio alli ſanti Sagramenti della Confeſſione, e Communione, come perchè ammoniua, e perſuadeua al Teſtimonio, & agli altri ſuoi Compagni Officiali del detto Ludouico Nauarro, che ſtauano in Caſa ſua, che li frequentaſſero ordinariamente* = *Summario pag.*24. §. 21.

4 Teſtis XXXIX. Proc. Inform. ibi = *Vidde il Teſtimonio, che entrando qualſiuoglia Seruitore ad imparare in Caſa del detto Ludouico Nauarro Padre della Serua di Dio ſubito li pigliaua* (Serua Dei) *à ſuo carico, ammonendoli, che ſeruiſſero à Dio, e che non l'offendeſſero per niſſuna coſa del mondo, e gli buſcaua, e daua Roſarij, dicendoli, che ordinariamente lo recitaſſero, & era queſto di maniera, che pareua la ſua Caſa vn Monaſterio, ſecondo, che lei la teneua aggiuſtata, e concertata &c.* = *Summario pag.*29. §. 52.

5 Teſtis CXCIV., qui nouit Seruam Dei etiam in Domo paterna, Proceſſ. fol. 3031., & dixit, quod = *Subito entrata vna Serua in Caſa, ancorche foſſe chi ſi voglia, ſubito ſe li conoſceua miglioramento nella ſua virtù, perchè attaccaua fuoco* (Serua Dei) *del Diuino amore à quelti, che trattauano con lei, dicto fol.*3031. *ter.*

6 De poſteriore Vitæ Seruæ Dei tempore, & ad obitum vſque eamdem Charitatem quoad ſpiritualia probant.

7 Teſtis LXV. Proceſſ. Apoſtolic., qui nouit Seruam Dei quatuordecim annis *Proc. fol.*1907.*ter.* Et ſuper 16. dixit = *In quanto alla Carità ſpirituale &c. sà, che l'ebbe molto grande, ſentendo l'offeſe, che ſi commetteuano contro la Diuina Maeſtà, e deſiderando guadagnarli l'anime, e che tutte amaſſero, e ſeruiſſero queſto Signore in tanto grado, che auendo il Teſtimonio notizia di vn Peccatore biſognoſo di penitenza, li mandò à dire alla ſopradetta per ſua Moglie, che lo raccommandaſſe à Iddio, e Lei ſi affliſſe, perchè non gli lo mandauano, e diſſe, che Iddio ci manda l'anime, perchè le rimediamo, e noi le laſciamo ſenza rimedio, ditegli, che faccia diligenza per mandarmele, ed il Teſtimonio notò in Lei quando communicò con*

*Lei, e nel ſucceſſo particolare, che hà detto, la gran Carità ſpirituale, che aueua, & il deſiderio della ſalute dell'anime; di tutto il che ne è ſtato, & è publica voce, e ſama &c. Summ. pag. 124. §. 11. & 12.*

8 Teſtis LXX., quæ dixit = *Venne à queſta Corte, doue è viſſuta da 22. anni in quà &c.* Proc. fol. 1965., *diſſe, che da che venne à queſta Corte conobbe la Serua di Dio &c.* Proc. fol. 1966. = Et ſuper 16. dixit = *La detta Serua di Dio induceua à penitenza le Perſone, che vedeua auer biſogno di farlo, e queſto con molta ſuauità, & amore, per il che la Teſtimoniu gli menò alcune Perſone, rallegrandoſi Lei aſſai con queſto Preſente, e vedendo dapoi in loro la Teſtimonia gli effetti delle perſuaſioni di queſta Serua di Dio con molta emendazione, e riſormazione della ſua vita, il che era, fù, & è publico, e notorio. Summ. pag. 124. §. 13.*

9 Teſtis CXCII. Confeſſarius Seruæ Dei, qui = *diſſe, che in coſa di ſedici anni, che conobbe queſta Serua di Dio &c.* Proceſſ. fol. 3003. = Et ſuper 16. dixit = *Conobbe nella detta Serua di Dio l'ardente zelo di Carità, che aueua con li ſuoi Proſſimi, amandoli con tanto eſtremo, che deſideraua, e procuraua ſommamente il bene dell'anime loro, & inducendoli à penitenza, e procurando, che ſi confeſſaſſero, & à Sua Paternità l'incaricaua, che confeſſaſſe alcune Perſone, che aueua aſſai tempo, che non ſi confeſſauano &c. = Summ. pag. 127. §. 29.*

10 Teſtis XIII. Proceſſ. Informat., quæ nouit Seruam Dei = *dal tempo di tredici anni in quà poco più, ò meno &c.* Proc. fol. 145. ter. Et ſuper 7. dixit = *Che fù grande il zelo dell'onor di Dio, che la Teſtimonia conobbe nella detta Madre Marianna di Geſù, e quelli ardenti deſiderij, che aueua, che amaſſero, e ſeruiſſero queſto Signore, e per queſto li ammoniua, e conſigliaua, ſollecitando alcuni, che Ella ſapeua, che ſtauano in male ſtato, vſciſſero di quello, non curando alcuna difficoltà, che intorno à ciò poteſſero eſſere per conſeguire così alta pretenſione &c. = Summario pag. 130. §. 36.*

11 Concordant alij relati in *Summario pag. 120. §. primo pag. 122. §. 4. & 5. pag. 123. §. 6. pag. 124. §. 10. pag. 125. §. 16. pag. 126. §. 22. 23. & 24. pag. 128. §. 32. pag. 129. §. 33. pag. 131. §. 39. & 40. pag. 132. §. 42. & 44. pag. 133. §. 46. & 49. pag. 134. §. 50.*

12 Hoc ſancto zelo afflata Ven. Marianna pro ſpirituali ſalute Proximorum, aſſiduè Deum orabat: monita ſalutis illis dabat: peccati odium in Fidelium cordibus inſerere ſummoperè ſtudebat: ſpeciales deuotiones, & corporis mortificationes inſinuabat: vt ad Sacrum Pœnitentiæ Tribunal accederent ſuadebat, paratoſque ad id munus Confeſſarios in Eccleſia S. Barbaræ habebat; omnia verò mira diligentia, ac prudentia chriſtiana peragebat, vt deponunt

13 Teſtis XXVI. Proceſſ. Apoſtol., qui dixit = *Che hà conoſciuto la Serua di Dio ſedici anni prima, che moriſſe &c.* Proc. fol. 1447. = Et ſuper 16. dixit = *Per il che, & altre coſe ſimili, sà la gran Carità ſpirituale, che aueua queſta Serua di Dio con li ſuoi Proſſimi, & il grande deſiderio, che aueua del bene dell'Anime, raccommandole à Dio, e facendo molte buone opere per ben ſuo, come lo notò, & auuertì il Teſtimonio, e lo sà per eſperienza = Summ. pag. 122. §. 4. propè finem.*

14 Teſtis XL., qui nouit Seruam Dei = *più di 28. anni &c.* Proceſſ fol. 1601. ter. = Et ſuper 16. dixit = *Sapere, che la detta Serua di Dio procuraua il bene dell'Anime, e la conuerſione de Peccatori, perchè vidde, che à molti, che mancauano agl'obblighi di Chriſtiani, li perſuadeua, che li adempiſſero, e di alcune Perſone, che ſtauano in male ſtato, ſollecitaua al Teſtimonio, che foſſe Amico, acciochè con la frequenza del trattare l'andaſſe diſ-*

*diſponendo à miglior vita, e così il Teſtimonio con la grazia di Noſtro Signore deſideraua adempire li ſuoi obblighi, e lo faceua così, confidando in Dio, e nelle diligenze della detta ſua Serua, con la quale l'introduceua; riſultandone molti buoni effetti, e quando così l'incaricaua il Teſtimonio quello, che hò detto, ſiccome egli confeſſaua la ſua inſufficienza, l'eſortaua, che lo faceſſe confidare in Dio, che gl'inſegnaria quello, che aueua da fare; E che ſà ſimilmente, che l'eſortaua à penitenza, perchè vidde conſigliar à molti, che la faceſſero, e che vſaſſero Cilizij, & altri iſtromenti di eſſa &c. E ſimilmente crede, che pregaua Iddio per li Proſſimi nelle loro neceſſità, perchè vidde, che ad altri incaricaua, che lo faceſſero così, & è da credere, che non mancaua à quello, che perſuadeua, che faceſſero gl'altri &c. E ſimilmente ſi ricorda beniſſimo, che perchè tutti recitaſſero il Roſario alla Santiſſima Vergine, la ſopradetta daua Roſarij à quelli, che non l'aueuano, e faceua, che il Teſtimonio li compraſſe &c.* = *Summario pag.*123. §. 6. 7. & 8.

15 Teſtis LXX, quæ nouit Seruam Dei ab annis 22. citrà, vt paulò ſupra dictum eſt. Et ſuper 17. dixit = *Che fù grande la Carità, che conobbe la Teſtimonia in queſta Serua di Dio con li ſuoi Proſſimi &c., e molto più li compatiua nelle loro neceſſità ſpirituali, procurando con le ſue orazioni, e Communioni, & altre diligenze, che faceua lei, & altre ſue Conoſcenti, & Amiche il rimedio delle tali neceſſità, e crede la Teſtimonia, che mediante li ſuoi preghi, e diligenze vſcirono molti dal cattiuo ſtato, come lo potria ſpecificare, poichè conoſcendoli prima di vita rotta, e diſſoluta, li conobbe dopoi, ed alcuni viuono oggi, che danno buoniſſimo eſempio di loro, e procedendo di maniera, ch' edificano la Teſtimonia* = *Summario pag.*124. *ſub* §.14. & 15.

16 Teſtis XCIII. Religioſa Tertij Ordinis Sancti Franciſci, quæ = *Conobbe queſta Serua di Dio quindici, o ſedici anni, e con lei trattò con ſtretta amicizia &c.* Proc. fol. 2175. ter. Et ſuper 16. dixit = *E ſimilmente fù grande in queſta Serua di Dio la ſua Carità ſpirituale, perchè sà la Teſtimonia, che faceua grand'orazione per cauar l'anime dal peccato, e lo sà, perchè con lagrime de' ſuoi occhi, e con grand'affetto domandaua alla Teſtimonia, che l'aiutaſſe ad orare per alcune offeſe, che commetteuano contro Iddio &c.* = *Summario pag.*126. §.21.

17 Teſtis CXXX. Confeſſarius Seruæ Dei, qui eam nouit *annis decem circiter Proc. fol.*2503. *ter.*, & ſupèr 16., *che in ordine al bene dell'Anime faceua molte diligenze queſta Serua di Dio con li ſuoi Proſſimi, inducendoli à penitenza alcuni, e conſigliando, & incaminando altri, e teneua diſpoſti, e come preparati alcuni Religioſi di queſto Santo Conuento, perchè confeſſaſſero le Perſone, che veniuano à Lei, & eſſa per mezzo de ſuoi conſigli cauaua dal male ſtato, come ſi verificò in molti Particolari &c.*

*E ſi affligeua tanto delle offeſe, che ſi faceuano contro ſua Diuina Maeſtà, che ſe li conoſceua chiaramente, e lo diceua à Sua Paternità, e sà, che per queſto faceua grand'Orazione, & in ore ſtraordinarie, e domandaua, & incaricaua aſſai, che Sua Paternità pregaſſe Iddio per la neceſſità di alcune Anime, che ſtauano in gran pericolo, e tien per certo Sua Paternità, che vſcirno dal male ſtato molte Perſone, mediante l'Oratione, e diligenze di queſta Serua di Dio* = *Summ. pag.*126. §.24. & 25.

18 Teſtis CLXXIII., vt pluriès diximus Socia Seruæ Dei annis 19., quæ ſuper 16. articulo dixit = *Che ſperimentò molti caſi, nelli quali la detta Serua di Dio cauò molti dal male ſtato, e per conſeguir queſto, ſeppe la Teſtimonia, che molte Donne meſſe in ſtato di Matrimonio per liberarle dal peccato &c. vi erano diſturbi, che li metteua il commune nemico &c., e lei con*

*la ſua prudenza, e Carità li ſuperaua &c. ed anco conobbe altre Donne, le quali cauandole dal Mondo, le menò alla Religione, aiutandole con quello, che poteua, & altre, alle quali non daua ſtato, le aiutaua con quello, che poteua, acciò non offendeſſero Iddio, e tutte queſte Perſone le conduceua à penitenza, e faceua, che riceueſſero li Sacramenti, come lo vidde la Teſtimonia = & in quanto alla Carità Spirituale, sà, che pregaua Iddio per tutti li Proſſimi, più per quelli, ne i quali ſentiua maggior neceſſità &c. = Summ. pag. 126. in fine, & 127. §. 26. & 27.*

19 Teſtis LXVIII. Proceſſ. Informatiui Vicarius Generalis Mercenariorum Diſcalceatorum, & ordinarius director Spiritus, & Confeſſarius Seruæ Dei, qui eam nouit *da noue anni in quà in circa Proc. fol. 414.*, & ſupèr 7. dixit = *Che ſimilmente la detta Serua di Dio eſercitò la Carità Spirituale, deſiderando, che tutti ſeruiſſero Iddio, e foſſero perfetti, e non l'offendeſſero, per il che faceua grandiſſime Orationi, e mettendo li mezzi più efficaci, perchè vſciſſero dal cattiuo ſtato alcune Perſone, che li veniuano à parlare, facendoli confeſſar prima, che ſi partiſſero, per il che haueua parlato, e preparato alcuni Padri, e Religioſi del Conuento della Recollettione di queſta Villa, & vna volta domandò licenza la detta Serua di Dio per parlare à vna Perſona, che ſtaua in male ſtato, perche per queſto fine li diede noſtro Signore molta forza, e ſecondo diſſe à Sua Signoria Reuerendiſſima, quandò ritornò, hebbe effetto la ſua pretenſione, e ſpecialmente ha notitia Sua Signoria Reuerendiſſima di molte altre Anime ridotte dal cattiuo ſtato al buono, per la interceſſione, e cura della detta Serua di Dio &c. = Summario pagin. 133. §. 49.*, & cùm ſupradictis Teſtibus concordant alij relati in *Summ. n. 17. à pag. 120. ad paginam 135.*

20 Eodemque ſalutis animarum zelo acta Serua Dei ad eam accedentibus, præter frequentem vſum ſacræ Confeſſionis, aliorumque ſuprarelatorum pietatis operum, ſuadere ſolebat frequentem ad celeſte, diuinumque Epulum acceſſu: quibus Sacramentis nihil eſt humano generi ſalutarius; Idque vehementèr adeo hortabatur vt à pluribus aſſecuta eſt, vt frequenter ad illud accederent ex probatis ſupra in Reſponſione ad Animaduerſionem I. Inſpectionis III. §. 93. *Sacramentorum verò, cum pluribus ſeqq.*, vbi hoc eſſe notam Sanctitatis, & Charitatis in Proximum, oſtendimus.

21 Hæc Virgo ſapiens, & vna de numero Prudentum, vt per omnem modum Peccatores ad Deum traheret, omnia mala pati, & etiam mortem ſubire parata erat, quod tùm verbis plurièS profeſſa eſt, tùm etiam factis: Etenim inter alios caſus, cùm Aulicum quemdam à praua procacis, & effrontis Mulieris praua conſuetudine liberaſſet, verbera, aliaque mala ab eadem Muliere experta eſt, quibus, non ſinè periculo grauis damni, humi decidit. Quæ omnia Serua Dei æquo animo ſubſtinuit, Imò verò tanta fuit, in his ſubſtinendis, patientia, vt illa Mulier admirans, veniam implorauerit, ac vitam, & mores in melius emendauerit, vt deponunt.

22 Teſtis XCII. Proceſſ. Apoſtol. quæ dixit, *che hà conoſciuto la Serua di Dio il tempo di 15. anni, nelli quali la prutticò aſsai Proc. fol. 2161.*, & ſupèr 17. dixit = *E ſimilmente in quanto alla Carità ſpirituale sà, che l'haueua molto grande, e la Teſtimonia la vidde molte volte afflittiſſima di ſapere li peccati, che ſi erano commeſſi contro Sua Diuina Maeſtà, e deſideraua ridurre à penitenza l'Anime de Peccatori, & in ordine à queſto, inteſe dire da ſua Madre, che li diſse, che auendo queſta Serua di Dio ridotto vn Cortigiano, che laſciaſse certa occaſione di certa Donna, e ſuo maltrattamen-*

*lo, egli ſi confeſsò, e fece penitenza, il che ſaputo dalla Donna, che era ſtata da lui laſciata per le perſuaſioni di queſta Serua di Dio, ſe ne andò da lei, e con gran indignatione li meſse le mani adoſso, trattandola molto male, e con queſto cadde in Terra la detta Serua di Dio, ſenza poterſi muouere, ſe non quiui rimaſe abbattuta; Ma tacendo, e ſopportandolo con tanta patienza, che confuſa la detta Donna li domandò perdono, e ſi sà, che ſi riduſſe à far penitenza, e queſta medeſima Donna già ridotta lo raccontò ad alcune Amiche, laudando molto la patienza, che haueua hauuta con lei la detta Serua di Dio &c. = Summ. pag.*125. §.17., & 18.

23 Teſtis XCIII. Religioſa tertij Ordinis Sancti Franciſci, quæ dixit = *Che conobbe queſta Serua di Dio* 15., ò 16. *anni, e con lei trattò con ſtretta amicizia Proc. fol.*2175. *ter.*, & ſupèr 16. dixit = *E ſimilmente sà che riduſſe queſta Serua di Dio vn Corteggiano, cauandolo da vna cattiua Amicitia, per cui cauſa la Donna vedendoſi laſciata da lui, & offeſa dalla Serua di Dio, perche ſapeua, che lei l'haueua ridotto, e conuertito, andò à Caſa ſua, e li diede molte pianellate, e colpi, laſciandola molto maltrattata, ma con la ſua gran patienza ſi confuſe, e poi ritornò ridotta la medeſima Offenditrice, del che la detta Serua di Dio rimaſe molto conſolata, e queſto sà la Teſtimonia, per hauerglelo riferito la detta Madre Marianna, e raccontandoglielo in occaſioni, che per honor, e gloria di Dio occorſe di parlarne, moſtrandoſi molto contenta, di che foſſe conuertita queſt'anima &c. Summario pag.*125. §.20., & ſupèr articulo 29. = *Che molte volte, che occorreua di ridurre qualche Anima, ò fare alcuna diligenza perche vſciſſero dal peccato, lo faceua, ſcompigliando pericoli, come ſi vidde nella Conuerſione di vn Huomo, che già ha detto, per cui cauſa la Donna conſorte di quel peccato la maltrattò, e dicendoli la Teſtimonia il ſentimento, che alcuni haueuano, e quello, che mormorauano di lei, perche ſi metteuano in queſte coſe, gli riſpoſe la detta Serua di Dio con gran valore, e fortezza; Non t'importi niente Figliola, che per conuertire vn'Anima, darei Io mille vite, ſe l'haueſſi &c. Summ. pag.*126. §.22.

24 Teſtis CXII., quæ dixit = *Che di trattato, e communicazione conobbe queſta Serua di Dio ſei anni in circa prima, che ſi partiſſe da queſta Corte à Roma &c. Proc. fol.*2343. *ter.*, & ſupèr 29. dixit = *Che crede il contenuto in eſſo, per auer inteſo dire da Perſone degne di fede, che al preſente non ſi ricorda i loro nomi, che con zelo di ridurre vn Anima à Dio, ſi meſſe à pericolo, e riſico di eſſer maltrattata, come de fatto lo fù, perche ſopra il caſo, le meſſero le mani adoſſo, e la maltrattorno, e quello, che è più, con la ſua patienza riduſſe l'Anima, che la maltrattò = Summ. pag.*201. §. 9.

25 Teſtis CLVIII., qui dixit = *Che vndici anni in circa trattò con queſta Serua di Dio Proc. fol.*2715., & ſupèr 29. dixit = *Che ſempre dalle parole di queſta Serua di Dio conobbe quanto ſtaua diſpoſta à patire per amor di Dio qualſiuoglia trauaglio, e perſecutione, che li veniſſe, e ſeppe, che per allontanare da vna cattiua amicitia vn certo Caualiero di queſta Corte, la Donna come offeſa, che ſi aueſſe leuata la detta Amicitia, venne à trouare queſta Serua di Dio, e li diede molte pianellate, e la trattò molto male, e così ſi diſſe nel* Conuento, *ſe bene ſi tace la Perſona, perche riconoſciuta del ſuo errore, ſi conuertì, e trattò di ſeruire à Iddio, ed il Teſtimonio lo tenne per molto certo, conforme al concetto, che fece ſempre di queſta Serua di Dio = Summario pag.*201. §.10.

26 Teſtis CLXIII. Sacriſta Maior Eccleſię S. Barbaræ, qui, vt pluries dictum eſt nouit Seruam Dei annis viginti, aùt 22., & ſupèr 29. articulo dixit = *Che quello, che sà, e puol dire di eſſo, è, come Perſona, che lo vidde, che*

*queſta*

*queſta Serua di Dio ſopportò gran vituperij, e la trattorno molto male alcune volte di parole, per auere con le ſue ammonitioni, ſanti Conſigli, e diligenze, cauato di mal ſtato alcune Perſone, allontanatili dalle cattiue amicitie, & era tanto ammirabile la ſua patienza, e con tanto ſpirito le ſue parole, che le Perſone, che così la vituperauano li riduceua, e di inimiche prima, le faceua amiche, tornando confuſe di veder tanta patienza, come aueua queſta Serua di Dio, & inteſe dire il Teſtimonio, che per la medeſima cauſa di leuare dall'offeſa di Dio vna Perſona graue, li aueua dato vna Donna intereſsata in queſto, molte pianellate, e trattatola male molto, e non ſi ricorda in particolare da chi l'inteſe dire, ſolo, che quando ſucceſse, fù molto publico queſto ſucceſso, e ſe ne parlò trà Religioſi, & altri ſecolari grandemente = Summ. pag. 201. §. 11., & 12.*

27 Teſtis CLXXIII. Socia Seruæ Dei, quæ ſuper 29. articulo, dixit = *che ſenza guardare a quello, che poteua ſuccedere, perſuadeua molte perſone, che laſciaſſero le Occaſioni di offeſa di Dio, reſultandoli da queſto tal volta trouarſi in Occaſione di pericolo, perchè come ſtaua tanto attaccata a Iddiò non badaua a quello, che li poteuano fare le Creature, attendendo ſolo al maggior honore, e gloria del ſuo dolce Amato, e ſe bene la Teſtimonia non ſi trouò preſente in occaſione, che li diedero delle pianellate, per auer perſuaſo a vn certo Corteggiano, che ſi partiſſe da vna cattiua Amicizia, che aueua, e che in effetti conſegnò quello, che li aueua perſuaſo, per ſeruizio di Dio, e la tal Donna, che rimaſe offeſa le diede le dd. pianellate, e l'inteſe dire la d. Teſtimonia, e fù coſa molto ſaputa &c.* Summario pag. 202. in initio, & §. 14.

28 De ſpeciali cura, & eximia charitate Seruæ Dei erga Meretrices, aliaſque huius generis Mulieres, quæ ad Deum conuertebantur, deponit Teſtis XIII. Proceſs. Informat. honeſta Vidua, quæ nouit S. Dei dal tempo di 13. anni in quà più, ò meno Proc. fol. 145. tergo, & intèr alia deponit = *era tanta l'anſietà* (Seruæ Dei) *della ſalute dell'Anime, che le Donne publiche peccatrici, che ſi conuertiuano, faceua, che le menaſſero da lei, & ella* (Marianna) *gli ordinaua la Vita, e diceua come ſi aueuano da confeſſare, e ſebbene ſtauano molto dubbioſe in queſto, & in pericolo di ritornare alla ſua mala vita, era tanta la forza delle parole di queſta Serua di Dio e ſue orazioni, che perſeuerauano, e la Teſtimonia le teneua, e ricettaua in Caſa ſua per ordine della ſopradetta, perche allora non vi era raccettamento e doppo che fù fatto, alcune di queſte vi andorno perſeuerando nel ſeruizio di Noſtro Signore* Summario pag. 131. §. 37.

29 Ex tot indè operibus, & Studijs Seruæ Dei, plena, benedicente Domino, facta fuit meſſis conuerſorum ad Deum Virorum, & Mulierum, qui in Diaboli laqueos inciderant, & qui etiam prodigioſè de illis educti, ex Lupis mutati in Oues, vel alicui Religioni nomen dederunt, vel alio modo ad bonam frugem ſeſe redigerunt, facturi dignos pænitentiæ fructus, vt hæc omnia patent ex Teſtibus relatis in *Summario*, quorum Dicta ad vlteriorem euitandam prolixitatem, & in tanta caſuum, & releuantium circumſtantiarum vbertate, quæ potiſſimùm ſeligere, quæ omittere debeamus, ignorantes, conſultò non tranſcribimus, contenti illa breuitèr innuere, in quibus referuntur conuerſiones, ſiuè in genere, ſiue in ſpecie Virorum, & Mulierum, cum illorum perſeuerantia in ſuſcepto ſalutis itinere, ad obitum vſque, vt in *Summario pag.* 93. §. 23. de conuerſione Mulieris *cit. pag.* §. 24: de aliorum plurium conuerſione *pag.* 120. §. 2. de conuerſione alius Mulieris *pag.* 121. §. 3. de Puella annorum 18. *pag.* 122. §. 4. de Viro, vt ipſemet Vir teſtatur *cit. pag.* §. 5. de Seruo ſceleſtiſſimo ad Religionem conuerſo *pag.* 123. §. 6. de pluribus peccatoribus *pag.* 124.

*pag.*124. §.10. De Viro ad pænitentiam redacto *cit.pag.* §.13. de pluribus pænitentibus *pag.*125. §.15. de alijs plurimis reſipiſcentibus *cit.pag.* §.17., & 18., de Aulico à praua Mulieris conſuetudine auerſo, & de eadem Muliere ad bonum conuerſa, & §.19. de alia Muliere *pag.* 126. §.23. de duabus Meretricibus in Religionem ingreſſis, & de Viro à via iniquitatis adducto *cit. pag.* §. 24. de pluribus pænitentibus *pag.* 127. §.26. de quamplurimis Mulieribus à vitiorum cæno liberatis, & propterea aut Matrimonio collocatis, aut Religioni datis *cit. cap.* §. 30: de Peccatore inueterato, *Et* §.31. de prodigioſa alterius conuerſione *pag.*128. §.32. de Religioſo apoſtata ad Religionem reducto *pag.* 129. §. 33. de alijs multis Peccatoribus *cit. pag.* §.34. de Vidua à mala cuiusdam Viri conuerſatione elongata, vt ipſamet Vidua teſtatur *pag.*130. *ſub* §.36. de Puella fugitiua *pag.*131. §. 38. de Adultera viam ſuam derelinquente *cit. pag.* §. 39. De Viro ad bonam frugem redacto, vt ipſemet Vir teſtatur *pag.*132. §.41. de Fæmina iræ furore agitata *cit. pag.* §. 43. de Homine peccatis irretito Ibidem §.44. de tribus alijs à ſæculi vitijs ad Deo ſeruiendum in Religione tranſmiſſis, & *ſub* §.45. de Adoleſcente ſeculum, quod priùs amauerat, derelinquente *pag.*133. §.47. de Matrona quadam, & §.48. de Viro Vxorem odiente, atque ab ea ſe elongato *pag.* 134. *in princip.* de conuerſione cuiusdam perditi *cit. pag.* §. 51. de quamplurimis pænitentibus, & §.53. de Homine diſperato mortem ſibi conſciſcere volente.

30 Ex ſingulis actibus vſque modò relatis ardentiſſimi zeli Diuini honoris, ac ſalutis animarum, quo Marianna abrepta, & illius opus alacritèr aggreſſa, nihilque de ſtudio alienæ ſalutis omittens, quamplures perditiſſimos homines; Mulieres aberrantes à via recta, & infixas in profundo libidinis cæno, ad pænitentiam, ac Ieſu Chriſti amorem perduxit, maximè verò ex omnibus, probatur heroica Seruę Dei Charitas in Proximum = *diuinarum enim perfectionum diuiniſſima perfectio eſt, Dei Cooperatorem eſſe, nimirùm in reductione Animarum ad ſuum Creatorem*, vt inquit Dioniſius Carthuſian. in explicat. Areopagitæ de cæleſti Hjerarchia cap. 3., & reuerà huiuſmodi zelus Primas habere debet in effectibus Charitatis erga Proximum, cum longè plùs habeat meriti, quàm diſtributio in Pauperes ampliſſimi Patrimonij, vel quilibet alius eiusdem Charitatis actus vt docet Sanctus Ioannes Chryſoſtom. homil. 3. in prima ad Corinth. = *Si immenſas*, inquit, *pecunias eroges, plus tamen efficies, ſi conuerteris Animam*; rationemque reddit, quia, vnius animæ ſalus tanti eſt, vt ob hanc Filius Dei fieret Homo, tantaque pateretur, & Sanctus Gregorius lib. primo in Ezechielem homiliam 12. = *nullum*, ait, *Omnipotenti Deo tale eſt Sacrificium, quale eſt zelus Animarum*; alijſque omiſſis, diffusè de hoc argumento agit Mattheucc. in ſua practic. tit.2. cap.2. §. 4. pag. 80. num.10., & 11., vbi, *quod ardens zelus, quod ſinguli ſoluentur, & praui conuertantur ad Deum, & benè magis, magiſque in virtute proficiant, in eo reſpectiuè ponderetur, qui humano abiecto timore pro defenſione virtutis, ad vtilitatem Proximi accenditur, qui totus eſt & opere, & corde, vt quælibet praua corrigat, & eradicet, & quatenus non valeat, rem feruentiſſimis precibus Deo commendat &c., eoſque, qui immemores ſunt ſalutis, maximo exſiſtat ſtudio, languentes erigit, peccantes arguit, obſecrat &c., vt Chriſto eos lucretur, non parcit monitis, non conſilijs, non labore &c. Hæc, hiſque ſimilia heroicum zelum commendant, & in negocio ſalutis de radice intenſiſſimæ dilectionis in Proximum procedunt; Hæc in Heroe Chriſtiano poſtulantur &c.*

31 Profectò hæc abſolutè magna ſunt, & eximia, veruntamèn longè maxima apparent in Virgine paupere, & humanis auxilijs deſtituta. Imò in eo,

quod Serua Dei ſponte verbera, aliaque mala exceperit cauſa conuerſionis Animarum ad Creatorem, quæque etiam vitam ſuam eàdem de cauſa parata erat exponere, continetur Sanctitatis apex, cùm pertineat ad implementum Charitatis, qua maior dari nequit, iuxta illud Ioann. 15. *Maiorem hanc charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro Amicis ſuis*, & conſiderat Auguſtin. *tract.* 15. *in Euangel. Ioann.*, *& tractat.* 6. *ſuper Epiſtol. prima eiuſdem*, & Cardinal. de Laur. in tertium Sentent. tom. 4. de ſubiecto, & increment. Charitat. diſput. 7. artic. 5. num. 93., vbi = aliquando inquit, *Charitas dicitur, & eſt perfecta, quia efficit, vt homo vitam ſuam paratus ſit exponere, & ſi caſus occurrat, exponit pro Deo & Proximo, & hæc dari poteſt in hac vita*; Denique, vt dicamus pauci = eſt perfectio Charitatis Apoſtolici muneris, iuxta illud Pauli 2. ad Timot. cap. 2. = *Omnia ſubſtineo propter electos, vt, & ipſi ſalutem conſequantur*.

32 Quantùm Deo acceptum fuerit ſupradictum Apoſtolicum Mariannæ exercitium, declarauit ſingulare donum eidem diuinitùs conceſſum ſcrutationis Cordium, vtque peccata quantumuis occulta cognoſceret, illiſque cognitis, ſtatim congruam adhiberet operam, vt Peccatorum conuerſionem aſſequeretur, proût hoc præeunte diuino lumine, ac afflante diuina clementia, ſemper aſſequebatur, vt probant Teſtes relati in *Summario* præſertim.

33 Teſtis XXVI. Proceſs. Apoſtol., qui dicit, *che hà conoſciuto la Serua d Dio ſedici anni prima, che moriſſe &c.* Proc. fol. 1447., & ſuper 16. artic. deponens de ſe ipſo dixit = *diuerſe volte* (Serua Dei) *induceua il Teſtimonio à penitenza, & in particolare vn giorno venne in Caſa del Teſtimonio à riprenderlo d'vna coſa interiore, nella quale aueua mancato, che ſolo Iddio, e lui lo ſapeuuno, e perche il Teſtimonio li portaua tanto riſpetto, ſi riſoluè d'obbedirla, e di fare quello, che li commandò, eſſendo coſa molto graue, nella riſoluzione della quale tardò trè giorni, & andando il Teſtimonio à Caſa del Signor Maldonado de Torres, doue in quel tempo ſtaua la detta Serua di Dio à darli conto, come haueua fatto quello, che li commandaua, & era riſoluto di far la penitenza, à che la detta Serua di Dio l'haueua indotto &c.* Summario pag. 122. §. 4.

34 Teſtis CXCVI. qui = *diſſe, che per più di venti anni li pare, che conobbe la S. di Dio* Proc. fol. 3055. & ſuper 16. articul. dixit = *induſſe* (Serua Dei) *a penitenza vna certa Perſona graue, che andaua inquieta, ed in punto di perderſi, il che ſucceſſe in queſto modo = ſtando la Serua di Dio nella Chieſa &c. entrò vna perſona veſtita di lungo, come ſtudiante, la quale giamai aueua viſto, nè parlato la Serua di Dio &c. la ſopradetta fece, che li chiamaſſero il detto Studiante, e li diſſe in ſecreto poche parole, ma douerno eſſer tali, che il ſopradetto rendutoſi, ſi confeſsò ſubito al punto con il Teſtimonio, e gli diſſe, come era Religioſo di vn certo Ordine grauiſſimo, e che ſe ne partiua, per perderſi, e ſe ne andaua in quell'Abito, e il Teſtimonio lo rimenò al ſuo Conuento della ſua Religione, e lo riduſſe a quello con molto guſto del detto Religioſo, e con ſegni di pentimento della ſua temerità, e molto marauigliato della Virtù, e Santità della detta Serua di Dio, non ſolo di che l'aueſſe indotto a penitenza, ma della cognizione, che ebbe della ſua Perſona, e ſtato con luce ſopranaturale, ed oltre il detto, occorſero altre coſe particolari, che adeſſo non ſe ne ricorda minutamente &c.* Summario pag. 128. §. 32.

35 Teſtis LXIX. Proceſs. Inform. Socia Seruæ Dei annis 19. quæ ſuper 7. = *Similmente dichiara la Teſtimonia, che vſcendo vn giorno la detta Serua di Dio dalla Chieſa di Santa Barbara, accompagnandola la Teſtimonia, ſi*

*ſcon.*

*ſcontrò con vn Vomo, il quale, ſecondo crede, s'andaua ad impiccare, e lo tirò da parte, che la Teſtimonia non lo ſentiſſe, e lo ſtette perſuadendo al parere conſtante, e timoroſe ragioni, di modo, che ſi cauò vna corda da petto, che portaua, e la diede alla Teſtimonia, dicendole, che ſubito abrugiaſſe e ſe ne tornò con il detto Vomo alla Chieſa, e quiui ſtette buon pezzo in Orazione, e lo fece confeſſar ſubito, e da lì in poi il detto Vomo la viſitaua ſpeſſo, e la detta Serua di Dio lo ſoueniua, e rimediaua con quello che poteua, e gli daua animo nel Seruizio di Dio, il qual Vomo oggi è viuo, e non dichiara il ſuo nome, per non eſſere a propoſito, nè conueniente*. Summario pag. 134. §. 53.

36 De ſimilibus caſibus diffusè deponunt Teſtis VI. *Proceſs. inform. Summario pag.* 129. §. 34., *&* 35., *& Teſtis XXI. pag.* 132. §. 45. Item de alijs deponunt Teſtes relati in eodem *Summario pag.* 253., *& ſeqq. vbi agitur de ſcrutatione Cordium*.

37 Ergà Afflictos, & in anguſtijs conſtitutos maxima charitate ſe habuit Serua Dei; quandoquidem nullus ad ipſam acceſſit in tribulatione poſitus, qui conſolatione plenus non abiret, vt deponunt.

41 Ex his ſublimitas humilitatis Mariannæ omnium oculis manifeſtatur; nàm refugere quoad fieri poteſt laudes hominum, & Mundi honores, ac hos, & illas auerſari, proùt fecit Serua Dei; vilemque velle reputari, multumque gaudere de contemptu ſui modo efficaci per eamdem volito, & intento, magnam ſapit humilitatem, vt docet S. Bernardus *ſerm.16. in Cantic.* §.10. vbi: *Verus humilis, ait, vilis vult reputari, non humilis prędicari. Gaudet contemptu ſui, hoc ſolo ſanè ſuperbus, quod laudes contemnit;* Roſignol. *de action. virtut. lib.2. cap.14. §. Tertiò, & §. Quartè.*

42 Verumtamen hanc profundiſſimam Seruæ Dei humilitatem alia plura comprobant, atque confirmant; & in primis perfecta eius *Obedientia* erga omnes, non ſolùm maiores, & æquales, ſed & inferiores, imò erga etiam ipſammet ſuam Sociam, ſeù Famulam, quam ſupra probauimus, vbi actum eſt *De Iuſtitia*, & quam ad perfectam Seruæ Dei humilitatem refert eadem Socia Teſtis CLXXIII. Proceſſus Apoſtolici, affirmans: *Che queſta Serua di Dio fù vn raro eſempio di vmiltà, e nelle ſue parole, & opere ſi conoſceua, quanto era profonda quella, che aueua nella ſua anima, perche tutte quelle lo manifeſtauano, poiche eſſendo, come era Superiore della Teſtimonia, ſi moſtraua tanto inferiore in tutto, che gli cauſaua ammirazione, obedendola in tutto quello, che gli diceua con gran guſto, e piaceuolezza, come ſe foſſe ſtata ſua figliuola, e lei ſua Madre: Summar. pag.245. §.27., & ſeqq.*

43 Et Teſtis CXXXII. Proceſs. Informatiui, quæ dixit: *Che hà conoſciuto la detta Madre Marianna di Ieſù nella Villa di Madrid da ſedici anni in quà poco più, che ſtaua in vna caſetta &c. e quando la Compagna della detta ſtaua inferma &c. la Teſtimonia andaua di ſtanza à ſtar con lei nella detta caſa per aiutarla à medicare &c.* Proceſs. fol.720. terg. Et ſuper 9. *Era tanto vmile* (Serua Dei) *che alla Teſtimonia, & altre perſone, & in particolare alla ſua Compagna Caturina di Criſto in tutte le coſe, che aueſſe da fare, ancorche foſſe ſtato per ſerrare, ò aprire vna porta, domandaua licenza, e parere, ſe lo faria, tanto ſtaua ſconfidata di ſe ſteſſa, e lo faceua per eſſercitarſi non ſolo nell'vmiltà, mà nell'obbedienza: Summar. pagin.251. §.55.*

44 Relatis Teſtibus addimus alios ex Proceſſu tranſcriptos in noſtris Reſponſionibus *pag.157. §.18.*, & inter illos repetimus Dictum Teſtis III. Proceſſus Informatiui, Religioſi in Theologia Magiſtri, & Qualificatoris S. Inquiſitionis Hiſpaniarum, qui: *Il Teſtimonio ſi marauigliaua, inquit, di vederla,* [ Seruam Dei ] *tanto vmile, che vbbidiua alla ſua ſteſſa Serua in quello, che le diceua, e la detta Serua di Dio diſſe alcune volte al Teſtimonio, che nel ſuo intrinſeco ſentiua, che la Serua era la Padrona, e lei la Serua.*

V Hæc

45 Hæc autem omnia oſtendunt; Seruam Dei iuxtà monitum Petri *prima* 2., ſe ſubiecisſe omni humanæ creaturæ propter Deum, tùm ſcilicet ſuperioribus tanquam à Deo conſtitutis, tùm paribus, tùm & minoribus, præſertim propriæ Famulæ; & perfectam fuiſſe Seruæ Dei humilitatem habentem dictos tres gradus, in quorum vltimo per ſubiectionem ſuam propriæ Famulæ Marianna omnem impleuit Iuſtitiam, ideſt humilitatem, quæ eſt omnis iuſtitia, vt ad rem docet Bernard. *ſermon.* 42. *in Cantic.* §. 9. *col. mihi* 699., vbi: *Parum eſt*, ait, *eſſe ſubiectum Deo, niſi ſis, & omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Abbati tanquam præcellenti &c. ego plus dico, ſubdere paribus, ſubdere & minoribus, ſic enim decet nos*, inquit, *omnem implere iuſtitiam. Vade & tu ad minorem, ſi vis in iuſtitia eſſe perfectus, defer inferiori, iuniori te inclinato*: Idemque notauit Gloſſ. ordinaria in *cap.* 3. *Matthæi*, & poſt eam Matthæucc. *in practic. ad Cauſas Beatification. tit.* 2. *cap.* 3. *n.* 66. *pag.* 126.

46 Humilitatem vlteriùs comprobat gaudium Seruæ Dei in conuerſando cum Pauperibus, vt deponit Teſtis XC. Proceſſus Informatiui *Comitiſſa de Nieue*, quæ dixit: *Hà conoſciuto la Serua di Dio il tempo di venti anni in quà in circa* = Proceſs. fol. 500. ter. Et ſuper 9. dixit = *Saperlo come in eſſo ſi contiene, vedendo, e conoſcendo ſempre, che trattò, e conuersò con la detta Serua di Dio grand'vmiltà &c. e molte volte accadeua ſtar ſua Signoria con lei, & arriuarci qualche Pouerella per parlargli, e la detta Serua di Dio laſciaua ſua Signoria con buone parole, & andaua à ſpedire, e conſolare la perſona, ò perſone pouere, non guardando à ceremonie mondane, mà ſtimando quelli pouerelli &c. Summ. pag.* 249. §. 48. & 49.

47 Demùm ad idem accedit, quod ex animo alijs inſinuabat continuum humilitatis exercitium, vt deponit Teſtis CIII. Proceſſus Informatiui, quæ dixit: *Che hà conoſciuto la Serua di Dio da vndici anni in quà in circa, e con lei trattò, e communicò familiarmente*: Proceſſ. fol. 544., & ſuper 9. *ſiccome lei* [ Serua Dei ] *era tanto vmile, e ſi teneua per la minore di tutte, e nella ſua ſtima per la maggior peccatrice, e vil creatura di quante Dio aueua creato nel Mondo, deſideraria ſommamente, che tutte le ſue amiche, e perſone, che la pratticauano andaſſero per quella ſtrada, e così in ordine à queſto le conſigliaua, & indrizzaua, che foſſero vmili, e fuggiſſero la vanità, ſuperbia, e preſunzione, e che ſi abbaſſaſſero alli più vili offici della ſua caſa, e ſi ricorda molto bene la Teſtimonia, che in vna, ò due occaſioni mandò à dire all'Aia delli Figliuoli di certo Signore grande, & à incaricargli per amor di Dio, che alleuaſſe quelli Bambini molto vmili, e gl'inſegnaſſe ad'eſſer manſueti, e pazienti con li loro Seruitori, e che non alzaſſero le mani per loro, & altri documenti tanto pieni di ſpirito, e ſantità, ch'edificò la Teſtimonia ſentir dare ſimile ambaſciata, e con queſto ſcoprì molti carati della Santità di queſta Serua di Dio, la quale ſtaua tanto fondata in queſto Signore, che il vederſi ſtimata in queſta Corte dalli Signori, e Signore di eſſa, nè dalli Rè la mutauano vn punto, nè alterauano da quell'vmil benignità, con che ſempre ſtaua con tutti*: *Summario pagin.* 249. §. 50., & 51.

48 Et ipſamet denique Serua Dei eamdem, quam alijs demonſtrabat, ſequuta eſt præter illa, quæ vidimus, etiam in minimis humilitatis viam: mentis oculos præſtantiſſimi Suffragantes ad ſuperius dicta ſub §. *Certè quidem* reuocent, in quo ex Dicto Teſtis CXXXII. habemus, quod Serua Dei: *in tutte le materie ſi procuraua mortificare ſino alla moleſtia, & inquietudine, che ſogliono cauſare le pulcie, mai l'ammazzaua, nè le leuaua &c. per eſercizio &c. di penitenza*. At nunc propoſita actio ad aſſiduum humilitatis exercitium geſta probatur ab eodem Teſte affirmante, quod

Ser-

Serua Dei ſopportaua che ( le Pulciè ) *la mordeſſero pigliandolo* ( prę̄ter mortificationem ] *per eſercizio di virtù &c.* = *Summ. pag.229. ſub* §.32. prò exercitio Virtutis in genere dicit Teſtis, ad excolendum autem virtutem humilitatis, actionem illam referendam eſse dicimus: quia pulices ad exercitium humilitatis à Deo in homines immiſsos eſse docet Gerſonius *oper. ſuorum tom.3. in Alphabet. Diuini Amoris cap.7. columm. mihi* 784. *ſub A.* vbi quę̄renti: ad quid valent pulices, qui nos inquietant? *Reſpondetur*, dicit, *valent ad humiliandum hominem*; *homo enim tumet ſuperbia*; *inquietatus à pulice humiliaſſe dicendo? Quid te exaltas puluis, & cinis, qui pulici non vales reſiſtere?*

49 Poſtremò exitus vitę Seruę Dei probauit excellentiam eius humilitatis; quoniam ille, prę̄ter alias circumſtantias Sanctitatis, quibus, vt ſuo loco oſtenditur, fuit munitus, abundauit actionibus profundiſſimę humilitatis, relatis per Teſtes, qui eas viderunt, prę̄ſertim tribus. Illa primum, quod cum die ante obitum Seruę Dei Pictor in eius cellam clam introductus eſset, vt illius vultum delinearet, & Marianna rem aduertiſset, pingi non eſt paſsa [ proût reluctauerat in vita ) neque animo quieuit quoad Pictor non abſceſſit, vt deponunt.

50 Teſtis LXXIV. Proceſsus Apoſtolici, qui dixit: *Che era tanto vmile queſta Serua di Dio, che in tutta la ſua vita non permiſe, che la ritraeſſero, e credendo li Religioſi del detto Conuento di S. Barbara, che la detta Madre Marianna di Iesù ſi moriua, cercorno vn Pittore, che la ritraeſse, e perche lo faceſse, lo meſsero in parte, doue il detto Pittore poteſse vedere la detta Serua di Dio, e doue lei non lo vedeſse, & eſsendo ſtato vn ſpazio per eſseguire la ſua pretenſione, la ſopradetta ſi voltò, e vidde il detto Pittore, e ſapendo chi era, e quello, che voleua fare, non ſi quietò ſinche lo mandorno via, e fù tanta la pena, che gli causò, che ſi ſece ſcrupolo, e ſi confeſsò, ſe queſta pena troppa, che aueua auuto era colpa, e con queſto finì d'intendere l'eccellenza della virtù dell'vmiltà di queſta Serua di Dio* = *Summar. pag.241.* §.13., *& ſeqq.*

51 Teſtis CLXIII., qui dixit: *Deſiderando li Religioſi del detto Conuento, che gli rimaneſse vn ritratto della detta Serua di Dio, cercando vn Pittore, che lo faceſse, e con molta cautela lo meſsero in luogo, doue lei ſtaua, e con eſser vn giorno prima della ſua morte, e ſtare con l'anſietà dell'Infermità, ſubito che conobbe, che era Pittore quello, che ſtaua quiui, e quello, che faceua, fù notabile il ſentimento, che moſtrò, e pena, che la ſtimaſſero qualche coſa, e trattaſſero di ritraerla, e così non lo acconſentì, e per non dargli pena ſi laſciò ſtare* = *Summ. pag.244.* §.26.

52 Sanè hoc factum perfectæ humilitati Seruæ Dei tribuendum eſt, vt ad rem notat P. Franc. Arias *Tract. de mortificat. cap.16.*, & S. Ignatium Loyolam commendat Maffæus *cap. vult.* eius vitæ, quod *ipſe dùm viueret, quamquam multorum precibus fatigatus neque pingi, neque fingi ſe paſſus eſt, omnibus in rebus humanæ gloriæ contemptor egregius.*

53 Altera, quod cum quidam Religioſus Mercenarius perſpectis virtutibus Seruæ Dei Proximo profuturis, eidem ſuaſiſſet, vt Dominum prò diuturniore vita conditionatè rogaret per illa S. Martini Turonenſis Epiſcopi verba: *Domine, ſi adhuc Populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem*: humilis Marianna vilem, & inutilem ſe reputans ſtatim reſpondit: *Non dirò io queſto per certo, che vna volta me lo ſecero dire, e rimaſi tanto ſuergognata di dirlo, che non ardiſco pigliarle vn'altra volta in bocca: Io, Padre, di che importanza ſono al Mondo?* vt de his omnibus deponit illemet Religioſus, qui prædictam orationem Seruæ Dei ſuaſerat, Teſtis CXLIV. Proceſſus Apoſtolici ibi = *Stando* [ Serua Dei ] *vicina di dar l'ani-*

*l'anima ſua à Iddio nell'vltima infermità, che ebbe, e fù, che dicendogli, che domandaſſe à Iddio condizionalmente, che ſi contentaſſe di laſciarla in queſto mondo con quelle parole di S. Martino: Domine ſi adhuc Populo tuo ſum neceſſarius &c.: le quali lei ſapeua molto bene, gli riſpoſe: non dirò io queſto per certo, che vna volta me le fecero dire, e rimaſi tanto ſuergognata di dirle, che non ardiſco pigliarle vn'altra volta in bocca, io Padre, di che importanza ſono al Mondo? e con queſto laſciò ſua Paternità tanto edificato, e confuſo, che non ebbe ardire di replicargli in queſta materia = Summar. pagin.*243. *&* 244. §.22.

54 Et poſtrema, quod vulgata fama periculoſæ Infirmitatis Seruæ Dei, & vndique ad illam ob Sanctitatis opinionem confluentibus, eadem Serua Dei fuit feriò à Superiore monita in illis circumſtantijs, vt vigilaret, nè in labem inanis gloriæ incideret; Jpſa verò humillimè, ſimulque prudentèr reſpondit, iuxtà relata per eumdem Superiorem Teſtem CXXXVI Proceſſus Apoſtolici ibi = *Stando la ſopradetta* [ Marianna ] *inferma dell'infermità, di che morſe, e vedendo Sua Paternità il concorſo grande di gente di qualità, che ſenza poterlo impedire in neſſun modo andauano à viſitare queſta Serua di Dio, e riceuer la ſua benedizzione, e che il Demonio inimico commune in quelle occaſioni in materia di vanità ſuole gettare à terra li più alti, Sua Paternità come Prelato che era ſi accoſtò alla detta Serua di Dio, e gli diſſe, Sorella guarda, che in queſta occaſione il Demonio ſuole cercare il maggior noſtro danno, gl'hà portato forſe qualche penſiero di vanità cagionato dalla gente, che vien qui à toccar queſti roſari, e pigliar la ſua benedizione, al che la detta Serua di Dio riſpoſe: Padre mio per la bontà di Dio non mi è venuto tal penſiero, non ſanno loro chi ſono, che ſe lo ſapeſsero, non verrebbero, come vengono, mà io domando à Iddio, che guardi la lor fede: con il che Sua Paternità inteſe quanto ſtaua apparecchiata, e fauorita dalla Diuina grazia, poiche in occaſione tanto forte, ne meno il ſuo penſiero era arriuato à coſa, che ſi opponeſse all'vmiltà, che tanto ſtaua radicata nella ſua anima = Summ. pag.*243. §.19.

55 Et concordant alij, qui fuerunt præſentes *Summar. pagin.*244. §.25. *pag.* 251. §.59., *& pagin.*252. §.61., vbi Teſtis CXXXV. concludit, quod Serua Dei: *Sentiua di ſe tanto baſsamente, ch'eſsendo viſitata da perſone di qualità, che hà riferite, diſse molte volte, CHE SE LORO SAPESSERO CHI ERA LEI, NON NE FARIANO LA STIMA, CHE FACEVANO, e le medeſime parole diſse la ſera auanti che moriſse.*

56 Cum autem exitus Vitę Seruę Dei munitus appareat tot, & tantis, & tàm perſpicuis actionibus, & grauibus quoque circumſtantijs profundiſſimę humilitatis, præter alias Sanctitatis, argumentum eſt, quod actiones anteactę fuerunt humilitate refertę, & ſanctę, iuxtà argumentum Decret. Generalium *pagin.*53., *& ſeq.*, quæ præcipuè obſeruari mandant actiones Seruorum Dei in exitu illorum vitæ ad arguendum pręteritas ibi = *Jn Proceſſibus faciendis illud maximè, & præcipuè obſeruandum eſt, vt videatur exitus vitæ illius, qui petitur Canonizari: quoniam cum ( vt dici ſolet ) exitus acta probet; Si finis vitæ illuſtris, & Sanctimonia plenus &c. argumentum erit, quod actiones anteactæ poterunt eſse Sanctæ &c.*

57 Retentis itaque omnibus ſupradictis, habemus in probatis, quod Marianna vixerit, & deceſſerit cum celebri, ac vniuerſali exiſtimatione eminentis eius Sanctitatis penès omnes cuiuſcumque ſtatus, qui eius Virtutum excellentiam admirabantur, eamque vti Sanctam venerabantur; Sed

ipſa

ipſa Marianna ſe talem neſciebat, imò ſua humilitate ducta, prę omnibus vilem, & contemptibilem reputabat, & reputari volebat. Id ſanè magnam oſtendit, & raram eius Virtutem; mirabilem Sanctitatem. *Magna*, ait Bernardus *Serm.* 13. *in Cantic. ſub* §.3.: *Magna, & rara virtus profectò eſt, vt magna licèt operantem, magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus tuam, te ſolùm latere Sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare: hoc ego ipſis virtutibus mirabilius iudico.*

87 Ex relatis itaque Virtutum actibus, alijſque ad prolixitatis moleſtiam euitandam conſultò omiſſis, ſed in *Summario* legendis, Serua Dei à prima ætate vſque ad mortem deprehenditur in multis atque multis heroica. His verò vitæ innocentia ſuperiùs probata contextis, talis demonſtratur eius Sanctitas, vt ad hanc exprimendam vſurpare licet illud Apocalypſ. = *Signum magnum apparuit in Cęlo: Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum &c.* = & moraliter appropriare Ven. Mariannæ, quæ in Cœlo Eccleſiæ militantis amicta apparuit innocentia Vitæ, ſuique ipſius, ac bonorum mutabilium contemptrix; viſa eſt ornata Virtutibus heroicis proprio ſtatui proportionatis. Signum, inquam, magnum: Virgo innocentiam retinens, eique alias Virtutes iungens, præſertim humilitatem, & contemptum, de quibus ſuperius ſuo loco actum eſt. Res equidem admirabilis, & admiranda cui nulla defuit pulchritudo: *Rara auis*, inquit Bernardus in *Cantic. Serm.* 45. *num.* 3.; *Rara auis in Terris, aut Sanctitatem non perdere, aut humilitatem Sanctimonia non excludi: & ideò beata, quæ vtramque retinuit &c. Magna humilitas! Actu innocens ſuſcipit pænitentis affectum, & quæ non habet vnde pæniteat, habet tamen, vt pæniteat &c.*

# *Animaduerſio II.*

REuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor opponit in *Animaduerſionum* §. 18., quod non de facili aſſignabilis videatur aliqua Virtus, quæ per indiuiduos actus plenè, & adequatè probatos verè dici poſſit ſuperexcelluiſſe in Serua Dei, itaut veluti *Characteriſtica* ipſius propria proponi fidelibus mereatur ad admirandum non minùs, quàm imitandum.

# *Reſponſio.*

1 PER actus poſitiuos ſuperiùs diffusè relatos, & per Teſtes de viſu plenè, & adequatè probatos conſtat, quod Serua Dei vſque ad obitum poſſederit tùm Virtutes Theologales, tùm Cardinales congruentes proprio ſtatui, eaſque in gradu heroico: hæc opera, & geſta in gradu heroico, hoc eſt ad ſummæ perfectionis apicem conſcenſa, characteriſtica ſunt ipſius Sanctitatis, & Sanctorum, quos faciunt glorioſos, & dignos honore Canonizationis, & ideò promerentur proponi vniuerſis Chriſtifidelibus ad admirandum non minus quàm ad imitandum; cùm ex his intelligatur, quàm abundè in Ancillam ſuam effuderit Deus de Spiritu ſuo: Hæc in ordine ad Canonizationem inueſtigantur: de his quærit hæc Sacra Congregatio in Dubio ſolito in examine Virtutum, non autem de particulari excellentia vnius Virtutis.

2 Quod ſi oſtendere opus eſſet Seruam Dei ſpecialiter ſuperexcellentem in ali-

aliqua Virtutum, quibus claruit in gradu heroico iuxtà ſenſum, in quo loquitur D. Thom. *prima ſecundæ quæſt.66. artic.2. in reſponſione ad ſecundum*, quod ſcilicet = *Vnus Sanctus laudatur præcipuè de vna Virtute, & alius de alia propter excellentiorem promptitudinem ad actum vnius Virtutis, quàm ad actum alterius* = & non in vna Virtutum præſto eſſet eiuſmodi excellentior promptitudo; excellentiſſima enim, & inſignior quàm in alijs, fuit eius promptitudo ad actus charitatis in Deum, quæ adeò in corde eius exarſit, vt ſupra *de Charitate in Deum* §. 5. *Vlterius cum ſeqq.* vidimus, vt illam numquam tribulationum, rerumque humanarum aquæ extinguere potuerunt: Cuius perfectio ſimilis fuit perfectioni Charitatis Patriæ, vt patet ex intima, & myſtica Mariannæ cum Deo vnione, quæ inter Myſticos: *Spirituale, Sanctumque Connubium* appellatur, diffusè probata ſuperiùs ſub titulo: *De Charitate in Deum* §.15. *Quin etiam plura, cùm pluribus ſequentibus*; Et meritò à Confeſſarijs Mariannæ talis emicans Dilectio Dei, tamquam non hominis, ſed Cherubin propriè admirabatur. Ex Animabus verò perfectis, & iuſtis paucas hac myſtica vnione donatas ſingula Secula protulerunt; licèt enim iuſti, & ſpirituales Deum ardentiſſimè diligant, myſtica tamen vnione carent propter defectum diſpoſitionum, quæ ad illam aſſequendam ſunt neceſſariæ, vt docet Cardinalis Bona in via *Compendij ad Deum cap.4. num. primo in fine, & num.2. cum ſeqq., & cap.5. ſub num. primo.*

3 Charitati cum dicta Myſtica cum Deo vnione Marianna ſingularem vitæ innocentiam adiunctam habuit, ac talem, vt omnium admiratione nullum vnquam vel veniale peccatum plenè deliberatum in ea notari potuerit, vt probauimus ſupra in Reſponſione ad Animaduerſionem primam §. 4., *& ſeqq.*, *& de Charitate in Deum* §. 2. *Quantum cùm ſeqq.* Illa autem eſt characteriſtica Virtus ipſius Seruæ Dei propria, eius magnam oſtendens Sanctitatem, cùm non ſoleat à Deo niſi Animabus ad magnam, & eximiam Sanctitatem prædeſtinatis conferri; Si enim = *Pauciſſimi ſunt* = vt ait Auguſt. *libr.21. de Ciuitat. Dei cap. 16.*, *tantæ felicitatis, vt ab ipſa ineunte Adoleſcentia nulla damnabilia peccata committant*; Quàm maior, & quàm rarior felicitas: quàm illuſtrior Sanctitatis teſſera fidelium oculis exponenda ad admirandum non minùs, quàm imitandum, non modò nulla peccata damnabilia commiſiſſe, ſed ne venialia quidem voluntariè, & cum plena deliberatione?

4 Sed inter cęteras Mariannæ Virtutes præcipuè emicuit promptitudo ad actus *Patientiæ*, quorum multam meſſem ſupra, vbi actum eſt de Virtute *Fortitudinis*, collegimus ex triplici fonte; grauium ſcilicèt Infirmitatum diu paſſarum; Iniuriarum inſuper, & perſecutionum paſſarum ab hominibus; Cohabitationis demùm ad annos decem, & nouem cum inſeruiente ſibi Muliere ſupramodum moleſta, & aſperrimæ indolis, ac habente ſpiritum vbique Seruæ Dei contradicendi, vt patet ex deductis ſupra ſub dicta Virtute *Fortitudinis*.

5 In his igitur aſſiduis incentiuis, & ſtimulis ad actus perturbationis, & impatientiæ: ad contentiones, & iurgia: Mulier prouocata à Muliere: Domina non ſolùm in priuato, ſed etiam ſub oculis Teſtium, qui de illis deponunt, laceſſita, & paruipenſa à Famula, vt probauimus ſub Virtute *Fortitudinis*, continere iram, magnum quiddam Patientiæ cernitur. At parum dicimus continere iram, continuumque Domi habere exercitium patientiæ; nàm maxima oſtenditur Patientiæ præſtantia, quotidiè à Famula tentari, & magna cum charitate ergà illam ſe gerere: in eiuſmodi iugis tribulationis paleſtra non triſtari, ſed gaudere certè

*coſì*

equidem hæc Famula dictæ ſupramodum contentioſæ, & aſperrimæ indolis probauit, ſicut vaſa figuli probat fornax, *Fortitudinem* Seruæ Dei longè heroicam, ideò eius characteriſtica.

6 Eò maximè quod Serua Dei cauſa reductionis Peccatorum ad viam ſalutis injurijs realibus, ſcilicèt verberibus affecta, non ſolùm patientiſſimè ſuſtinuit, ſed etiam = *La detta Serua di Dio ſi meſſe inginocchionni, e pregò per lei* (prò verberante), *e dopoi domandò perdono à quella, che così l'aueua offeſa, come ſe lei foſſe ſtata l'aggreſſora, e vedendo la detta Donna queſta azzione &c. ſi riduſſe, e conuertì &c.* = *Summario pagina* 200. *ſub* §. 5.; Ex quo actu, iunctis ſupradictis, alijſque relatis ſub Virtute *Fortitudinis*, Seruam Dei ſuperexcelluiſſe in eadem Virtute, & præcipuè de ea laudandam, nemo inficias ibit; ideo de illa canendum in Eccleſia = *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legum Excelſi* = & meritò coæquanda Sancto Viro patientiſſimo Iob, vt oſtendimus ſub dicta Virtute *Fortitudinis* §. 5. *Quin etiam*.

# *Animaduerſio III.*

ASſertum totius vitæ heroicæ fulgorem obumbrari objicit Reuerendiſſimus Dominus Fidei Promotor in *Animad.* §. 20. ex voluntate nubendi, quam Serua Dei in Adoleſcentia habuit, atque ex illo prauarum cogitationum immaniſſimo bello, quod tùm ex relatis in Hyſtoria Vitæ Seruæ Dei ſcripta à P. Ioanne Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento *Proceſs. fol.* 568., tum ex narratis ab Eminentiſſimo de Treſio *in Summ. pag.* 50. §. 23. colligitur. Cum quibus prædictis voluntate, ac prauis cogitationibus, vt addit idem Reuerendiſſimus Promotor, *ſtare poſſe non videtur Virtus in gradu heroico, cuius proprium eſt dicere poſſe cum Apoſtolo in Epiſt. ad Galat. cap.* 2. *verſ.* 20. = *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.*

# *Reſponſio.*

1 NVllo modo tantarum Virtutum fulgor, ſingulariſque ſuſceptæ per Mariannam Vitæ ratio, quibus cœleſtis potiùs, quàm terreſtris Virgo meritò reputabatur, obumbrantur ex congeſtis in Animaduerſionibus, nempè voluntate eiuſdem tempore *Adoleſcentiæ* contrahendi Matrimonium, neque alijs per ipſam narratis P. Ioanni Baptiſtæ à Sanctiſſimo Sacramento eius Confeſſario, & Spiritus Directori, ac illorum fideliſſimo Scriptori Proc. fol. 568., & ſeq. ibi = *Se bene come l'altre ebbi le mie cadute, e li miei ſonnicelli in ordine all'ornamento, e compoſizione, che ſogliono alcune Zitelle per parer belle, mà ſempre mi diede Noſtro Signore per ſua infinita bontà, e miſericordia, che mi miraſſe nello Specchio della Caſtità, e che il mio velo, e veſtimento foſſe molto oneſto, e ſempre tanto coperta, e ritirata, e per conſeguenza rinſerrata, e ritirata in caſa, fuggendo quello, che mi potea diſtraere in coſa di leggierezza perche il mio continuo Maeſtro, e Signore ſempre m'incitaua al bene, e come hò detto mi leuaua dal male &c., finchè vn giorno ſentendo vn Sermone di vn Frate Scalzo, fece tanta impreſſione in me, che d'allora ebbi più efficace determinazione di non maritarmi, & eſſer Religioſa, perche ſin allora aueuo volontà di maritarmi, perche li miei Padri n'aueuano guſto &c.* =

2 Non

2 Non inquam obumbrantur; Quid enim ſit, & in quo conſiſtat virtus heroica vulgare eſt, & ſupra oſtendimus; & nunc ſatis ſit breuiter dicere, virtutem heroicam debere excedere communes hominum virtuosè agentium eo proportionali modo, quo magnificentia excedit liberalitatem. Hoc ſuppoſito, in quo omnes Authores conueniunt, deſiderium, & voluntas contrahendi Matrimonium non ſe elongat, ne quidem ex minima parte à Deo, & Diuinis, nec impedit ſummam coniunctionem cum illo per actus intenſiſſimæ dilectionis, aliarumque heroicarum Virtutum: quia ſicut ipſum Coniugium, ita & voluntas Coniugij. *Honorabile Coniugium in omnibus* docet Apoſtolus ad Hebræos 3. 4., *& magnum Sacramentum* appellatur ab eodem ed Epheſ. 5. 32., vnde iuxtà eumdem in prima ad Corinth. 7. 38. *qui Matrimonio iungit Virginem ſuam bene facit*: ſed qua ratione? quia *& Coniugium eſt Donum Dei, & à Deo inſtitutum &c.*, vt explicat Cornel. à Lapide ibidem verſic. 8. *Bonum ſi ſic permaneant*, ſub initio, & ad Hebræos, vbi ſupra = *nota*, ait, *prò* HONORABILE &c. *ideſt pretioſum*, vt ſcilicèt *Coniugium quaſi res magna*, ET SANCTA *in magno pretio*, *& honore habeatur*, *nàm*, *vt ait Apoſtolus* = SACRAMENTVM HOC MAGNVM EST &c.

3 Hinc meritò Sancta Romana Eccleſia pluriès iudicauit de Virtutibus in gradu heroico etiam Virorum, & Mulierum, qui non ſolùm habuerunt voluntatem contrahendi Matrimonium, ſed etiam realitèr contraxerunt cum filiorum procreatione, illoſque in Sanctorum album retulit. Simile igitur, & quidem firmiùs expectare licet de Serua Dei, quæ voluntatem Coniugij quidem habuit, ſed illam commutauit in melius: Deo Virginitatem ſuam deuouendo.

4 Alia ſupra tranſcripta, quæ Serua Dei retulit eius Directori, nihil continent à recta Virtutum ſemita declinans, nihil fœmineum ſonans; quinimo cuncta Corporis compoſitionem, & decentiam, omneſque actiones exteriores ad rectæ rationis præſcriptum temperatas præſeferunt; Itaut iuxtà monitum Apoſtoli ad *Philippenſes* 4. Seruæ Dei modeſtia etiam in Adoleſcentia nota eſſet omnibus hominibus, vt patet ex ſupradictis, & pleniùs ex Summario, vbi Teſtis XI. Proceſſus Apoſtolici dixit = *Che hà conoſciuto la Serua di Dio più di trentatrè anni prima, che moriſſe, perche il Teſtimonio entrò à ſeruire Ludouico Nauarro ſuo Padre da Giouenetto &c.* = Proc. fol. 1216. ter., ſuper 22. Articulo dixit = *Che in tanto eſtremo fù oneſta, retirata* (Serua Dei) CHE DA GIOVENETTA *era eſempio à tutte della ſua età, e ſempre creſceua in queſta virtù in tal modo, che giammai vidde in lei la minima coſa del Mondo, che imbrattaſſe la ſua grande oneſtà, e modeſtia ſempre gl'occhi baſſi, e li geſti con la modeſtia, che ricercaua la ſua gran virtù, e fù ſempre tenuta per Vergine puriſſima &c.* = *Summ. pag.* 21. §. 4.

5 Teſtis XLVI., qui dixit = *Che conobbe, e trattò queſta Serua di Dio da che ſi può ricordare, perche ſi alleuorno inſieme in vna medeſima ſtrada &c.* = Proc. fol. 1686., & ſuper ſecundo Articulo dixit = *Sapere il contenuto in eſſo per auerlo viſto eſſere, e paſſare così, & auer notato, & auuertito in lei in particolar attenzione* DA CHE LA SOPRADETTA AVEVA SEI ANNI *la ſua grande oneſtà, e riſguardo &c. Summario pag.* 23. §. 14.

6 Teſtis XLVII., qui nouit Seruam Dei annis triginta quatuor, & præſertim per ſeptem annos in Domo Paterna Proc. fol. 1700. terg., & dixit = *Che queſta Serua di Dio fù eſſempio di oneſtà, e viſſe con tanto riſguardo, che era coſa di ammirazione &c.* = *Summ. pag.* 25. §. 26.

7 Te-

7 Teſtis XXXIX. Proceſſus Informatiui, qui: *Diſſe, che hà conoſciuto la detta Serua di Dio &c. da che ſi puol ricordare, perche abitauano tutti in vna medeſima ſtrada, e ſi alleuorno inſieme, & il Teſtimonio lauorò molto tempo per Lauorante in Caſa del detto Ludouico Nauarro &c.* [Patre Seruæ Dei] Proc. *fol.* 283. *ter.*, & ſuper 8. articulo dixit = DALLA SVA TENERA ETA' *queſta Serua di Dio fiorì nella virtù dell'oneſtà, e caſtità in tanto eſtremo, che nè meno alzaua gl'occhi da terra, nè voleua parlar parola, nè ſentirla, che non foſſe molto aggiuſtata, e notò tutto queſto il Teſtimonio nelle occaſioni, che l'accompagnò alla Chieſa, & altre, che la vidde in Caſa ſua &c., e tien per certo, e ſenza dubio, ſecondo la gran virtù, e ritiratezza di queſta Serua di Dio, che ſtette ſempre Vergine, pura, e caſta, e che in lei non fù macchia, nè meno di penſieri &c.* = Summario *pag.* 30. §. 53.

8 Tantum porrò abeſt, vt cum prædictis omnibus ſtare nequeant in ſenſu Animaduerſionum Virtutes in gradu heroico, vt illa recenſenda ſint inter Virtutes Seruæ Dei, & aliqua etiam in gradu heroico; nam quod Marianna à prima ætate, & in adoleſcentia = *da giouanetta* = *da che aueua ſei anni* = *dalla ſua tenera età in tanto eſtremo fù oneſta, ritirata, che era l'eſſempio a tutte della ſua età &c. ſempre gl'occhi baſſi, e li geſti con la modeſtia &c. nè voleua parlar parola, nè ſentirla, che non foſſe molto aggiuſtata &c.* = vt habemus ex relatis Teſtibus; Inſuper in ipſa adoleſcentia = *ſempre mi diede Noſtro Signore &c. che mi miraſſe nello ſpecchio della caſtità, e che il mio velo, e veſtimento foſſe molto oneſto, e ſempre tanto coperta, e ritirata, e per conſeguenza rinſerrata, e ritirata in Caſa, fuggendo quello, che mi potea diſtraere in coſa di leggierezza &c.* = vt inter alia ſupra relata Serua Dei narrauit ſuo Confeſſario, & Directori Spiritus; Quod Marianna inquam ab illa ætate mollem, ac imbecillem muliebrem naturam vicerit in prædictis, in quibus Mulierum præſertim Puellarum genus magis vincitur, & infirmatur, ex tunc conditione ſua ſuperior extitit, & accinxit fortitudine lumbos ſuos. Quæ quidem agendi ratio, cum longè excedat communem operandi modum etiam piarum, & deuotarum Mulierum, qualitatem induit heroicitatis.

9 Cœterum, vt nihil intactum relinquamus, nedum Serua Dei etiam cum haberet = *volontà di maritarmi*, verùm quoque actu vxorati, & maritatæ piè viuentes in Chriſto, qui à ſe ablegauerunt impietatem, & ſecularia deſideria, vſurpare valent illud allegoricum Pauli: *viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus*: cùm hoc dicere pertineat non ſolùm ad viros perfectos clauſtrales, aut ad illos, quos vtì ad faſtigium Sanctitatis peruentos miris laudibus effert Auguſt. *lib.* 1. *de morib. Eccleſiæ cap.* 31., vbi = *Nihil*, inquit, *de ijs dicam, qui ſecretiſſimi penitùs ab omni hominum conſpectu, pane ſolo, & aqua contenti deſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt &c.* = Sed etiam ad quemcumque Fidelium, qui prius peccator, deinceps mortuus peccato operatur placita Chriſto; Nàm nec pro humana deinceps conſideratur huiuſmodi vita, ipſo Chriſto in illo per gratiam viuente, hoc eſt agente, & dominante, vt dicta verba Pauli exponunt tùm Græci, tùm Latini Patres, & poſt illos annotat Gloſſa ordinaria tom. 6. colum. mihi 483. ſub lit. *A.* verbo = *Viuo* = & ſeqq., & ſub lit. *B.* verbo = *Per legem* ad med.

10 Minuſque obumbratur vitæ, & virtutum Seruæ Dei heroicus fulgor, ſed coruſcat nitidior attentis alijs, quæ objiciuntur de prima Seruæ Dei ætate; Tùm ſcilicet ijs, quæ per Cardinalem de Treſio de Serua Dei narrantur, quorum aliqua leguntur in Animaduerſionibus §. 20. verſic. = *Idque longè*: Et pro quorum omnimoda ſolutione legenda ſunt in Summario pagin. 50. §. 23.

§.23., ibi = *Fù queſta Serua di Dio Vergine in tutto nel corpo, e ſenza dubio, e nell'anima, lo crede così, poiche ſtando io in vna ſera, ſaranno più di 14. anni, parlando con Lei* ( Serua Dei ), *e referendomi Eſſa alcune coſe della ſua vita con gran ſincerità, perche lei era ſinceriſſima, mi diſſe, ch'eſſendo di tredici, o quattordici anni, li ſuoi Padri trattorno di maritarla, e che il Demonio cominciò con queſto ad inquietarla di ſorte, che quando vedeua Vomini, li proponeua, ſe quello, o quell'altro ſaria ſtato buono per eſſer ſuo Marito, e che ricorrendo a Dio in queſta inquietudine, vn giorno del Giubileo della Portiuncula &c. li fece Iddio grazia di confermarla nel propoſito di Virginità, e che da lì auanti non la moueua più il vedere Vomini, che ſe aueſſe viſto arbori, o qualſiuoglia altra creatura, e che da lì auanti non ammeſſe ragionamento di matrimonio, nè ebbe penſiero diſſoneſto, che la metteſſe in penſiero &c.*

11 Tùm alijs per Seruam Dei de ſe ipſa relatis ſæpedicto eius Confeſſario, & Directori Spiritus, quæ pro intelligentia dicendorum, & ad aſſequendam rerum veritatem tranſcribimus ex Proceſs. *fol.*569., *& ſeq.*, proſequendo hiſtoricam narrationem vitæ eiuſdem Seruæ Dei *in Adoleſcentia*, de qua ſuprà §.1. *Nullo modo*, poſt illa verba = *Sin'allora aueuo volontà di maritarmi, perche li miei Padri n'aueuano guſto; e non finì quì* [ proſequitur dictus Director Seruæ Dei in narratione ], *e non finì quì il mio trauaglio, perche li miei Padri, e Parenti meſſero gran cura, e diligenza in queſto per eſſer Io la maggiore, e come già Noſtro Signore per ſua bontà ſi era leuato prima di me, e mi aueua con tanta forza chiamato a ſe, non fù piccola la contradizione, che patij longo tempo, cercando ſcuſe per difendermi da sì gran contradizione, mà ſempre Noſtro Signore mi diede fermezza come pietoſo Padre, perche eſſendo io ſtata tarda in riſpondere a Sua Maeſtà, mi diede sì gran perſeueranza nelli buoni deſiderj, che non potei tornar in dietro, così per liberarmi da tutti, il rimedio, che Dio mi diede fù, che ſubito pigliai certe forbice, e mi tagliai li capelli, perche così non mi importunaſſero più, e ſubito tutti ſi riuoltorno contro di me, trattandomi con aſprezza, e rigore, e leuandomi li veſtimenti, che aueuo di maggior importanza, & ancora mettendomi alla Cucina, moſtrando gran ſentimento, che non li aueſſe dato queſto guſto &c. le tribulazioni durauano alcuni anni, mà tutto era niente riſpetto all'aiuti, che Noſtro Signore mi daua, perche non ſolamente li miei Padri, e Parenti, mà tutto l'Inferno inſieme pare, che ſi congiurò contro di me, affliggendomi con tentazioni, quali Io mai aueuo ſperimentato, tanto di ſentimenti, come di rappreſentazioni cattiue, e brutte, come appunto ſi legge di S. Catarina, la quale ebbi ſempre per Compagna, e guida, e volſi più toſto eleggere con lei la corona di ſpine in queſta vita, e quella d'oro rimaneſſe per l'altra, e così procurauo imitarlo &c.*

12 Porrò actus Seruæ Dei in Adoleſcentia, vel ab eiuſdem Confeſſario, & Directore Spiritus, vel à Cardinali de Treſio, vt ſuprà relati, nedum nihil caliginis, ſed, vt dicebamus, nouum lumen ingerun lumini Virtutum eiuſdem. Nàm iuxtà teſtimonium Cardinalis de Treſio [ quod non integrè relatum in Animaduerſionibus §.20., modò ex Summario ſuæ integritati reſtituitur ſub ſuperiori §.10. *Minuſque obumbratur* ] Parentes Seruæ Dei, eam in ætate tredecim, aùt quatuordecim annorum = *trattarono di maritarla* = indeque in eamdem tentationes, & tribulationes, Deo permittente, ad probandum immiſſæ ſunt per Angelos malos, proponendo = *ſe quello, ò quell'altro* [ Vomo ] *ſaria ſtato buono per eſſer ſuo Marito*, in quibus patiendis Serua Dei: *ricorrendo à Dio, vn giorno . . . gli fece Iddio grazia di confermarla nel propoſito di verginità, e che da lì auanti non admeſſe raggionamento di matrimonio, nè ebbe penſiero diſſoneſto &c.*: Cum

his

his autem, & ſimilibus tentationibus, ac tribulationibus ſtare non poſſe virtutes in gradu heroico Animaduerſiones dicto §.20. ad med. dicunt; At tale nec probant, neque probare poſſunt, quia tentationibus, præſertim carnis incitamentis Dei Seruos vrgeri ſiuè ſint incipientes, ſiuè proficientes, ſiuè perfecti, imò aliquando vehementiùs Sanctitate conſpicuos latè oſtendunt Patres, & hiſtoriæ, de quibus Cardinal. de Lauræa *de Oratione opuſc.6.cap.8.*, Roſignol. *de Diſciplin. Chriſtianæ perfectionis lib.5. cap.27.*, Sanctus Paulus Apoſtolus de ſe ipſo in epiſtola ad Romanos 7. dixit = *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati* =; & in epiſtola 2. ad Corinth. cap.12., *& ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet &c.*, & verior eſt ſententia, quæ hunc Angelum Satanæ refert ad Veneris incitamenta, quibus Apoſtolus vrgebatur, vt docent Theophilactus, D. Thomas, Eſtius, & alij in Commentar. ad dictam Epiſtolam; Et S. Gregorius Nazianzenus iam ſenex de ſimili carnis ſuæ malo, & prauis concupiſcentiæ motibus, ſæpè, grauiterque in ſuis Operibus conqueritur, præſertim in Carmine aduersùs carnem, & in loco vbi agit de calamitate naturæ ſuæ.

13 Actus verò Seruæ Dei in eius adoleſcentia, ab eadem relati eius Confeſſario, & Directori Spiritus, ex Proceſſu tranſcripti ſuprà §. 11. *Tum aliis*, ad vnum omnes, tantum abeſt, vt ſtare non poſſint cum Virtutibus in gradu heroico, vt potiùs probent in Serua Dei habitum Virtutum etiam in gradu heroico. Ipſa enim firmitas recuſandi carnales nuptias à Parentibus paratas; recuſandi autem, vt Innupta cogitaret quæ Domini erant, vt Sancta eſſet corpore, & ſpiritu: toleratis ad plures annos illatis ea de cauſa per omnes, qui Domi erant, inſectationibus, quotidianis perturbationibus, ac ſuccedentibus malis depreſſionum, & deſpectionum, vt ſupra diximus. Eiuſmodi, inquam, Seruæ Dei Adoleſcentiæ firmitas inter tot aduerſa paſſa à Domeſticis amatoribus Mundi, & ab ipſis Dæmonibus, quid eſt aliud, quàm prolixa atque excellens Puellæ *Fortitudo* protegente Deo, omni excuſſo timore exercita, vt amore Cæleſtis ſponſi in Virginitatis propoſito permaneret? Cùm enim Serua Dei in illa ætate inter tot aduerſa promptè, & conſtantèr, vt ex ſupradictis patet, prædicta mala propter Deum ſuſtinuerit, abſque eo quod vnquam animus frangeretur per triſtitiam, & decederet à ſua magnitudine. Inſuper cùm in adeò diuturna per octo, & vltra annos paſſione tot tantorumque difficilium ad effectum permanendi in difficillimo bono Sanctæ Virginitatis, quod prò Deo elegerat, fatigata non eſſet, vt deſiſteret, ſed perſeuerauerit, vnde & factum eſt, vt victoriam conſequeretur; Nemo ex his non agnoſcet in Serua Dei adoleſcente *heroicam Fortitudinem*, vt bene Mattheucc. *in Practica ad Cauſas Beatification. tit.2. cap.3. §.3. numer.9. & ſeqq., & numer.35.*, Cardinalis de Lauræa *in tertium ſentent. tom.2. diſputation 32. artic.15.*, & dixerunt Rotæ Auditores *in Relat. Cauſæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis tit. de Fortitudine*, cum aliis in Eminentiſſimi de Lambertinis præſtantiſſimo *Opere de Seruorum Dei Beatificatione & Canonizatione libr. 3. cap. 24. numer.28., & ſeqq.*

# Animaduerſio IV.

OBjicit Reuerendiſſimus D. Promotor in Animad. §.21., *quod fortaſsè Serua Dei non fuerit à culpa immunis, huiuſmodi domeſtico bello anſam præbendo, ob firmam, quam hactenùs fouebat, nuptiarum cogitationum.*

# Reſponſio.

1 VSquequo Parentes ſpem habuerunt, Seruam Dei trahendi ad carnales nuptias, vſi ſunt blanditiis; mærores verò in Domo Paterna ſuboriri incipiunt ſtatim ac Puella propoſitas à Parentibus nuptias reſpuere viſa eſt: ac paulatim in dies tantùm creſcunt, quantùm illa renititur; adeoùt blandimenta verſa ſunt in contumelias, atque in increpationes, & aſperitates, quæ diutiſſimè, ad plurimos nempè annos perdurarunt, vt probant plures Teſtes, præſertim Teſtis XLVI. Proceſſus Apoſtolici ætatis annorum 61., qui nouit Seruam Dei, *da che hà auuto l'vſo di raggione &c. per tutto il tempo di ſua vita*, Proceſſ. fol. 1681. ter., & qui Summario pagin. 192. §.7. affirmat: *per queſta cauſa* (ob recuſatum ſtatum nuptialem) *ſuo Padre la rinſerrò in vna ſtanza, doue ſtette per qualche tempo &c.* Teſtis CXXXII. Proceſſus Informatiui *Summario pagin.* 197. §.34. *ſuo Padre Ludouico Nauarro trattò di maritarla, e lei lo ricusò, & il detto ſuo Padre l'aueua trattata male per queſto, e che l'aueuano meſſa in vna ſtanza à tetto, doue era molto caldo, e molti ſorci &c.* Et confirmatur à relatis per Patrem Ioannem Baptiſtam à Sanctiſſimo Sacramento Confeſſarium, & Directorem ſpiritus Seruæ Dei, de quibus ſupra *in Reſponſ. ad Animadu. III.* §.11. *Tùm aliis*; Ex quibus non fortaſsè concludendum eſt, anſam præbuiſſe bello domeſtico refutationem nuptiarum, quam prudens Virgo poteſtatem habens ſuæ voluntatis, ſtatuerat in corde ſuo firma: vt exequeretur propoſitum Deo conſecrandi Virginitatem ſuam, nullatenùs verò prior nuptiarum cogitatio, ad quam fouendam blanditias Parentes ingeminauerant.

# Animaduerſio V.

IN *Animaduerſ. ſub* §. 21., vt proſequitur Dominus Fidei Promotor, Seruæ Dei nubendi voluntas quod non eſſet *indifferens, & dependens à paterna voluntate, ſed fixa ad arbitrium Seruæ Dei, & erga alteram fortaſſe Perſonam directa, ex eo ſuaderi videtur, quod cùm Capillos ſibi abſcidit, Sponſus, cui Pater eam deſtinauerat, effectus eſt amens Summario pag.* 30. §.54.; Ac inſupèr, an ipſa Capillorum abſciſſio *reuerà ex bona intentione proceſſerit, & ex motiuo virtutis, an verò potiùs ex humano motiuo, ne Illi nubere cogeretur, cui ampliùs Ipſa nolebat, vèl ex alia ſimili cauſa &c.*; Animaduerſiones nedùm dubitant, ſed etiàm addubitant, vt ibidem §.22.

*Reſpon-*

# Reſponſio.

1 COgimur Pater Sanctiſſime, de his diſputationes aſſumere, in quibus nil ſolidi ineſt; Nàm ad deſtructionem eorum, quæ expreſſa ſunt, ac facti permanentis, ſumuntur argumenta petita à rebus, nequè collectis ex Summario, nequè ex Proceſſu, neque ab aliqua Iuris præſumptione, & ideò nullius virtutis: Cùm etiam ſi verſaremur in circumſtantijs, in quibus non ſumus, vel dubij, vel taciti, vèl præſumpti, argumentum tamen ex illis ſumi non poſſet ad deſtructionem expreſſi, ſed contrà, vt de argumento ſumpto à dubijs, Zaſius *de ſubſtitutionib. cap.primo punct.4. num.16. inter Tractat. Magn. tom.8.pag.265. terg.*, ibi = *à dubijs Argumenta ſumere contra artem eſt*; & de ſumpto à tacitis, vel præſumptis, Barboſ. *Axiom.89. num.4.* ibi = *non ſumitur argumentum à tacito, vel præſumpto ad deſtructionem expreſſi, ſed benè contrà*.

2 Factum autem, quod Serua Dei voluntariè Capillos ſibi abſcidit, & cauſa huius facti, vt ſcilicèt tali medio, vultuſque deturpatione carnales nuptias à Patre propoſitas declinaret, Virginitatemquè ſuam Deo conſecraret: Vtrumque affirmant quamplures Teſtes relati *in Summario à pag.191. vſquè ad* 198. incluſiuè, quos intèr ſpecialitèr notandus eſt Pater à Puente Ordinis Prædicatorum, ad plures annos Confeſſarius Seruæ in ſeculo, eiuſque Director Spiritus, deponens = *Che in tutto il tempo, che il Teſtimonio conobbe, e pratticò con la detta Madre Marianna di Ieſù, vidde, che la ſopradetta riſplendeua in queſta notabile virtù della Caſtità, portata, non oſtante la ſua poca Età, con l'Amore di Dio &c. il detto Ludouico Nauarro* [ Pater Seruæ Dei ] *trattaua di maritare la detta Serua di Dio con vna Perſona eguale alla ſua qualità, la quale, sà il Teſtimonio, che gli fece reſiſtenza, con gran feruore, per il gran zelo, che haueua di conſeruare la ſua virginità, e purità, dicendo al Teſtimonio alcune volte, che non voleua, ne haueua da prendere giamai altro Spoſo, che Noſtro Signore, ed al ſuo dettame ſi tagliò tutti li Capelli, che aueua molto belli, e perfetti, procurando con queſto, farſi brutto il Volto, e facendo gran reſiſtenza in non maritarſi giamai &c. Summario pag.196. ſub* §.32. Dictis autem Teſtium locum ita cedere debent quæcumque argumenta, ſicùt præſumptio cedit veritati, ac ceſſat in claris, ad *Text. in l. Cùm de indebito ff. de probat.*, & eſt vulgatum in Iure.

3 Eiuſmodi Facti cauſam adeò ſonoram in controuerſiam reuocat Dominus Promotor, & aliam ſcrutatur per verba *fortaſsè*, vt in dicto §.21. = *ponderandum eſt per id tempus FORTASSE Serua Dei non fuerit à culpa immunis &c.* & infrà = *Imò, quod hæc voluntas non eſſet indifferens, & dependens à paterna voluntate, ſed fixa ad arbitrium Seruæ Dei, & ergà alterum FORTASSE Perſonam directa &c.* & in §.22. = *ADDVBITARE datum fuit ex præmiſſis, an ipſamet Capillorum abſciſſio &c. reuerà ex bona intentione proceſſerit &c., an potiùs ex humano motiuo &c.*; His autem omnibus ſatisfacit Reſponſio in ſimili data per bo: me: R. P. D. de Fatinellis Reuerendiſſimo tunc Fidei Promotori, quæ legitur in eius primo Reſponſo Libri ſecundi, ſub num.61. ibi = *facto Reuerendiſſimus Promotor Gloſſam ſatis diuinatoriam adiecit, vt FORTASSE, inquit, experiretur eius aſperitatem. Nemo non videt, quod totus reatus ſtat in interpretatione facti, non in Facto.*

# *Animaduerſio VI.*

CVM ex reluctantia Seruæ Dei contrahendi carnales nuptias à Patre ſibi paratas, & ex Capillorum abſciſſione magna Domi turbatio, ipſiuſquè Parentis indignatio ſubſequuta eſſet, tamèn non videtur, plenè conſtare, quod Ipſa nullam anſam ipſis præbuerit; Cùm contrà appareat, Seruam Dei prædicta egiſſe contrà Patris voluntatem, & ex motiuo adhùc dubio, vt in *Animaduerſione ſub* §.22.

## *Reſponſio.*

1 NEquaquàm dici poteſt, Mariannam ex motiuo adhùc dubio reieciſſe carnales Nuptias, ſibique abſcidiſſe Capillos; cùm non modò ſatis, ſed quoquè abundè illud explicauerint Teſtes *in Summario* relati, ac terquè, quaterquè oculis ſubiecti fidelibus præſtantiſſimorum Suffragantium, ac nouiſſimè *in Reſponſione ad præcedentem Animaduerſionem V.*, ex quibus pleniſſimè conſtat, Seruam Dei paratum à Genitore thalamum per horreſcendo, capillos ſibi abradiſſe, faciemquè deturpaſſe = *per il gran Zelo, che aueua di conſeruare la ſua Virginità, e purità, dicendo al Teſtimonio alcune volte* ( Patri à Puente Confeſſario, & Directori eius Spiritus ), *che non voleua, ne haueua da pretendere giamai altro Spoſo, che Noſtro Signore &c.*

2 Occaſione verò renitentiæ connubio, ac reciſionis capillorum mærores ſubortos fuiſſe in Domo paterna fatemur: eadem occaſione Genitorum in Mariannam Filiam iniurias, & contumelias, aſperitatumque moleſtias, admittimus: eas diutiſſimè perduraſſe = *le Tribulazioni durarono alcuni anni*, Proceſſ. fol.569. non negamus: in hæc temporalia mala caſtam Virginem incidiſſe, ob non obſequutam voluntatem Paternam nos diximus, & probauimus *in Reſponſionibus pag.*96. §.8. *& ſeqq.* An autèm ſic illis anſam præbere, det locum, reprehenſioni, vel potiùs merito heroicarum Virtutum *Fortitudinis, & Temperantiæ* eductarum ex imperio excellentiſſimæ Charitatis in Deum, diiudicent ſapientiſſimi Suffragantes, quibus notum eſt illud Actor.5. = *melius eſt obedire Deo, quàm Hominibus*; & quod docet D.Thom. 2. ſecundæ quæſt. 104. articul.5. in Corpore, vbi, *in his*, inquit, *quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, ſed ſolùm Deo* = *Vndè non tenentur Filij Parentibus obedire de Matrimonio contrahendo, vel Virginitate ſeruanda &c.* ac perſpecta ſunt verba illa Sancti Hieronymi ad Furiam Viduam = *Contriſtabitur Pater, ſed lætabitur Chriſtus: lugebit Familia, ſed Angeli gratulabuntur; Faciat Pater, quod vult; Non es eius, cui nata es, ſed cui renata, & qui te grandi pretio redemit ſanguine ſuo &c.*

3 Et poſt alios illa Sancti Bernardi loquentis ex Perſona Eliæ Monachi ad Parentes ſuos *Epiſt.CXI. col. mihi* 119. *Tomi primi Venetæ edit.* = *Sola Cauſa qua non liceat obedire Parentibus, Deus eſt; Ipſe enim dicit* = QVI AMAT PATREM, AVT MATREM PLVSQVAM ME, NON EST ME DIGNVS. *Si me verè vt boni, vt pij Parentes diligitis, ſi veram, ſi fidelem erga Filium pietatem habetis: quid me Patri omnium Deo placere ſatagentem inquietatis, & ab eius ſeruitio, cui ſeruire, regnare eſt, retrahere attentatis? verè nunc cognoſco, quià* INIMICI HOMINIS DOMESTICI EIVS. *O durum Patrem, ò ſæuam Matrem, ò Parentes crude-*

*crudeles, & impios, imò non Parentes, ſed Peremptores, quorum dolor, ſalus pignoris, quorum conſolatio, mors Filij eſt!*

# *Animaduerſio VII.*

DOmeſticas omnes huiuſmodi prædictas tribulationes per Seruam Dei paſſas inter eius heroicas Virtutes imputari non poſſe, obijcitur *in Animaduerſionibus* §.23.; cum ex eiuſdem Dicto, de quo in *Proceſſu fol.*570. *ter. & ſeq.* habeatur, Ipſam, circà illarum paſſionis tempus, inſcio Genitore, aufugiſſe à paterna Domo, animo ſe conferendi ad quoddam Monialium Cœnobium id, quod non conſtare videbatur, proceſſiſſe ex motiuo Virtutis, ſed potius illam ingerere amaritudinem, quod ſcilicèt non ſecùs, ac capillorum abſciſſio fortaſsè fuerit ex tædio, & ad euitandas dd. domeſticas tribulationes; cum de cęterò eiuſmodi actus neque prudens videretur, neque conſtaret de diuino Impulſu ad illum, imò potiùs à Deo non proceſſiſſe, oſtendebat regreſſus ad paternam Domum.

# *Reſponſio.*

1 EOdem Seruæ Dei Dicto diſſoluitur Animaduerſio, quo excitata fuit. Totam ſiquidem amaritudinem ex duobus experitur Reuerendiſſimus Animaduertens. Primum nempe eſt, quod non conſtet, profectionem Seruæ Dei à Domo paterna (quæ ad vnius, vel alterius tantum horæ tempus fuit, perperàm *Fuga* in Animaduerſione appellata), quod non inquam, conſtet, dictam profectionem proceſſiſſe ex motiuo Virtutis. Sed ſi legamus Seruæ Dei Dictum, à quo eruitur Animaduerſio, ſtatim videbimus conſilium & profectionis, & reuerſionis ſuæ inter Virtutes referendum eſſe. Hæc autem, inter alia, Serua Dei, de ſe narrat, relata in Proceſſu fol.570., & 571. = *Tornando, come prima à eſplicare le miſericordie, e grazie, che riceuei da Noſtro Signore, e deſiderij grandi, che mi daua di eſſer Religioſa, ſe bene Io riſpoſi tanto tiepida, e remeſſamente in ogni coſa; e vedendo, che per queſto non mi fauoriua il poco rimedio, che haueua di mettere in eſecuzione li deſiderij, che Noſtro Signore mi daua, di eſſer Religioſa,* HAVENDO DOMANDATO CONSEGLIO, *mi partij vn giorno di Caſa de miei Parenti, per andarmene à vn Conuento di Religioſe, alcune leghe lontano di doue Io habitaua, perche mi diceuano, che vi era quiui vna Monaca Santa, & andai con animo di ſeruire in quel Conuento, e far quiui li Officij più baſſi, ſecondo, che di alcune Sante haueuo inteſo, e letto, che da douero ſi determinorno, partendoſi di Caſa de loro Padri, per ſeruire più di cuore Noſtro Signore, e ſenza, che neſſuno l'impediſſe, come ſi legge di Santo Aleſſio, e di altri, ma al fine temei il pericolo, eſſendo andata alcune leghe, conſiderando, che al fine Io ero Donna, e molto debile, e li pericoli, che ſono nel Mondo, ſe bene, per la gran bontà di Noſtro Signore, che ſono di cinquanta anni in circa, mi ha conſeruato in purità, e Virginità &c. e così tornando a quello andauo dicendo del mio viaggio à quel ſanto Conuento, ad eſſer Religioſa &c. hebbi per meglio, e più ſicuro ritornarmene à Caſa de miei Padri; ma ſempre con più volontà di tirar più auanti li miei ſanti Intenti &c.*

2 Narrata oſtendunt in cauſa finali deſertionis Domus paternæ, non dicam vnius Virtutis, ſed certè illarum plurium fulgorem: Et quidem arden-

tiſſima

tiſſima voluntas = *Di metter in eſecuzione li deſiderij, che Noſtro Signore mi daua, di eſſer Religioſa* = non ne pertinet ad virtutem Caſtitatis Virginalis, cuius gratià ipſi Creatori ſeruandæ, domum paternam deſerere ſtatuit, vt ſeculi occaſiones omnes, ad voluptates ſenſus allicientes omninò declinaret, & in Monialium Cœnobio vitam duceret?

3 Hæc autem ſeruandæ Puritatis præſidia Caſtitatem Virginalem in gradu heroico oſtendunt, ad notata per Matthæucc. in *Pract. ad Cauſas Beatific. de Signis Temperantiæ heroicæ pag.*122. *num.*46. *& ſeq., & pag.*123. *num.*56.

4 Innoteſcit vlteriùs heroica humilitas Mariannæ, ardenſque eius, ac ſuper excellens Charitas in Deum ex illo impulſu, animique affectu = *Andai con animo di ſeruire in quel Conuento, e far quiui l'Officij più baſſi, ſecondo, che di alcune Sante haueuo inteſo, e letto, che da douuero ſi determinorono partendoſi di Caſa de loro Padri, per ſeruire più di cuore Noſtro Signore, e ſenza che neſſuno l'impediſſe* = *Vt de humilitate* probat Matthæuc. vbi ſupra *pag.*125. *num.*65., & ad oſtendendum perfectum gradum *Charitatis in Deum* facit illud Canticor = *Surgam, & circuibo Ciuitatem &c. quæram quem diligit Anima mea* =, & dixit Matthæucc. in d. Practic. quo ad ſigna heroicæ Charitatis in Deum *pag.*74. *num.*34.; Similiſquè per Sanctam Thereſiam facta deſertio Paternæ Domus ad ardentem eius Charitatem ergà Deum relata legitur *in Lect.*4. *eius Officii*.

5 Alterum Animaduerſionis nempe eſt, quod de diuino impulſu ad Paterna Domo diſcendendum non conſtat. Sed in hoc immorandum non videtur. Eo enim ipſo, quod diſceſſus, vt oſtendimus, proceſſit ex motiuo ſupradictarum virtutum, conſtat de impulſu Dei, à quo bona cuncta procedunt, & ſine quo nihil poteſt fieri; Inanitèr ſuadente Animaduerſione, excluſionem diuini Impulſus à conſilio dictæ deſertionis paternæ Domus, quia *Puella de facto*, iuxta eiuſdem Animaduerſionis verba, *ab illo omninò recedendum putauit*; Nam plura nedum diuino impulſu, ſed etiam voluntate, iuſſuque Dei facta conſpicimus, quæ tamèn poſtmodum, vel effectu fruſtata ſunt, vel demùm triſti, inopinatoque euentu abſoluta. Sancta Thereſia, *vt in d. eius Officio Lect.IV.* legitur = *Adeò Sancti Spiritus igne exarſit, vt Domo aufugiens in Africam traiiceret, vbi Vitam pro gloria Ieſù Christi, & Animarum ſalute profunderet*; hoc autem ſanctum deſiderium, vtiquè à Deo procedens, remanſit, vt notum eſt, incompletum. Sanctus Ludouicus IX. Galliæ Rex cogitauit, certè Deo inſpirante, de recuperanda poſſeſſione Ieroſolymorum; quamobrem Mare cùm ingenti exercitu traiiciens, cum magna Militum multitudo peſtilentia periiſſet, victus Ipſe, captuſque eſt; ac poſtremò peſtilentia deceſſit, vt legitur *in Lect.IV., & VI. eius Officii*.

6 Sanctus Bernardus antè Sanctum Ludouicum, iuſſu Dei excitauit Chriſtianos ad eandem in Terram Sanctam expeditionem, quæ tamèn infelicem, vt notum eſt, habuit exitum.

7 Seraphicus S. Franciſcus cupiens ſibi aliquam dari Martyrij occaſionem, omninò Deo eum agente, migrauit in Syriam, ex qua tamèn cum nihil proficeret, rediit in Italiam.

8 Sed Cur hæc? Reſpondeat, qui ſciuit ſenſum Domini, aut Conſiliarius eius fuit; Nos verò non audentes reprehendere in Serua Dei, quod minimè comprehendere valemus, dicimus quantùm capimus, Deum id permiſiſſe, aut admiſiſſe in Serua Dei, vt mirum, ardentemque eius zelum tuendæ Virginitatis acueret, atque exerceret, illumque toti mundo oſtenderet, vt ad rem notat Cornel. à lapid. *in Iudicum cap.*20. 23. §. *Similibus de Cauſis*.

# Animaduerſio VIII.

A Domeſticis turbationibus Reuerendiſſimus Dominus Promotor deſcendit ad tempus Infirmitatum aduerſæ valetudinis Seruæ Dei, ſignanter ad illam attractionis, quam ſuperueniſſe conijcit in viridi ætate: ex quibus perpendit augumentum eius patientiæ; at verò longè imminutum fuiſſe, dicit, exercitium aliarum Virtutum, præſertim vitæ auſteritatis, & carnis caſtigationis ceſſare oportuiſſe; Idque ad aliquot annos, antequam habitum Religioſum ſuſciperet. Imò ex Teſtium Dictis Ipſe deducit, Seruam Dei vitæ commoditatibus ſtuduiſſe, quæ etsi nequeant vitio verti, Virtutum tamèn heroicitatem ex illis imminui objicit, *vt in Animaduerſionibus* §.24., *cum duobus ſequentibus*.

# Reſponſio.

1 Attractio in Animaduerſione enunciata, Dei manifeſta virtute ſuperuenit fideli reuerà eius Famulæ Mariannæ, cum eſſet annorum triginta trium, eiuſque repentina ſanatio ſupernaturali modo facta eſt: mirabiliter relictis in pedibus, & in manibus Seruæ Dei præteriti morbi ſignis, vt eadem Marianna aperuit ſuo Confeſſario, & Directori ſpiritus, *Summario pag.*216. *num.*30. = *Soprauenendomi*, inquit, *di repente vn Infermità, per la quale mi diedero li Sacramenti del Viatico, & Olio Santo &c. ſentij nell'intimo dell'Anima mia, che Noſtro Signore mi diceua con parole ſoaui, & amoroſe, ſe mi piaceria di ſtare nella Croce, alla quale con grandiſſima conſolatione, e guſto riſpoſi, che molto volentieri, e che quando meritai io sì gran bene, e fauore, che ſua Maeſtà mi faceſſe a mè in degniſſima, con ringraziamento; e così ſubito quiui nel letto mi poſi nel modo, che potei in Croce, e mi ſoprauenne nelle ſpalle vn gran peſo, e carica, che mi pareua, che mi ſi foſſero fatte molte alte, e molto grandi, e non poteuo ſtar à piacere ſopra di eſſo, come ſe io aueſſi auuto vna gran gobba, e con queſto ancora venni a rimanere attratta delli piedi, e delle mani, e penſorno, che Io mi moriſſi &c. e nel creſcere di queſta Infermità &c. compiua li trentatrè anni &c. ſtetti alcuni meſi, ſenza poter muouere tutto il corpo, e così mi dauano a mangiare per mano aliena &c. piacque à Noſtro Signore, che mi ſono rimaſti ſino al giorno d'oggi li ſegni di queſta Infermità, con gran fiacchezza, & impedimento delle congionture di piedi, e mani, e non poter muouere bene le braccia, e mani, hauendomi dopoi Noſtro Signore leuato queſta infermità &c.*

2 Et notauit Cardinalis de Treſo Epiſcopus Malacitanus in Animadmerſionibus allegatus *pag.*51. *in princip.*, ibi = *Che queſta Serua di Dio &c. fù eſſer ſtroppiata nelle mani &c. la verità fù, che per vn Infermità, che fù miracoloſa, e la ſanazione repentina, rimaſe in quella maniera ſegnata dalla mano di Dio &c.* & concordant plures Teſtes relati in eodem *Summario pag.*217. *& ſeqq.*

3 Quod ex prædicta, alijſque ſuperuentis Infirmitatibus auctum fuerit in Serua Dei exercitium Patientiæ, cum Reuerendiſſimo Domino Animaduertente fatentur Poſtulatores: Quod verò imminutum fuerit illud aliarum Virtutum, id tanquam à vero aberrans refellunt. Tantùm quippè abeſt, vt exercitium Virtutum infirmitate eneruetur, vt etiam illa acuatur, eximiumque robur colligat; vndè Apoſtolus in 2. ad Corinth.12.10. dixit = *Cum infirmor, tunc potens ſum*; ſuper quo Cornel. à Lapid. = *Tunc*

*Tunc roboror*, inquit, *potens*, *fortis*, *&* *validus fio gratiæ*, *patientiæ*, *magnanimitatis*, *humilitatis*, *Spei*, *ipſiuſque Dei viribus*, *qui tunc adeſt*, *vireſque ſuas exerit*, *ac mihi ſuggerit*; *nam Virtus in infirmitate perficitur &c. quia cuſtos eſt Virtutis infirmitas*, iuxta verba Sancti Gregorij Moral. *lib.*19. *cap.*5. *pag. mihi* 738. *ſub litt.C.*, & ante eum Sanctus Ambroſ. in Pſal. 36. ad illud = *Quemadmodum fumus deficient*, egregiè dixit = *Infirmitas officina Virtutis eſt*, & Saluianus in libro primo de Prouidentia = *Non imprudenter quidam hoc loco dixit*, *quod ſi repugnante corporis fortitudine*, *quæ optamus facere non poſſumus*, *infirmandum nobis ſit carne*, *vt optata faciamus*; *Infirmitas enim carnis vigorem mentis exacuit*, *vt affectis artubus*, *vires corporis in vires tranſeant animorum &c. ſola exultat anima*, *læta corpore affecto*, *quaſi Aduerſario ſubiugato*; Idque agnouerunt etiam Ethnici, vndè Plinius *lib.*7. *Epiſt.*26. = *Optimos*, ait, *nos eſſe dum infirmi ſumus &c. tales eſſe ſani perſeueremus*, *quales nos futuros*, *profitemur infirmi*; & optimè Seneca Infirmo querenti, quod nihil agere ſineret morbus, *Epiſt.*78. reſpondet = *Eſt*, *mihi crede*, *Virtuti*, *etiam in lectulo locus &c. habes quod agas*; *benè luctare cum morbo &c.*

4 Id ipſum agnouiſſe, & in ſe ipſam Seruam Dei expertam fuiſſe in ſuis infirmitatibus habemus ex relatis per eandem adactam præcepto obedientiæ, ſæpedicto Directori eius ſpiritus, cui = *Noſtro Signore*, narrat, *mi fece grandiſſime grazie*, *e fauori*, *tanto con alcune graui Infermità*, *dandomi in eſſe*, *per ſua bontà*, *grandiſſimi guadagni*, *tanto nella patienza*, *e conformità con Sua Diuina Maeſtà*, *come con aſſai intima*, *e vicina preſenza ſua*, *colla quale le Infermità mi erano di grandiſſima conſolazione*, *di modo*, *che non le teneuo per Infermità*, *ma per grandiſſimi fauori*, *perchè in queſto modo mi teneua Noſtro Signore più diſoccupata dall'impacci*, *e coſe eſteriori*, *che mi impediuano l'interiori*, *e ſpirituali eſercizij*, *à che Noſtro Signore mi chiamaua &c. Summario pag.*216. *num.*30. *in initio*.

5 Non inficias imus, vitæ auſteritates, & pænitentias corporis afflictiuas in eiuſdem corporis morbis minuere, aùt ceſſare oportere; Sed quorsùm, aùt cur iſta Dominus Promotor in præſens quærat? non intelligimus; Enim verò de hac eadem re actum legitur in Animaduerſionibus, ſub *Inſpectione II.* §. 12., *&* *ſeqq.*, vbi occaſione aſſertæ contrarietatis Teſtium, allata fuit illorum Dicta, quæ iterùm §. 25. afferuntur, ad probandam in Serua Dei, ob ſuperuentas infirmitates, incapacitatem corpus auſteritatibus affligendi; Cùm autèm & nos propoſitis deſuper difficultatibus pleniſſimè fecerimus ſatis ſupra in *Reſponſione ad Animaduerſionem IV. dictæ II. Inſpectionis*, ſub qua duo oſtendimus; Tùm primò in Serua Dei longè grauiſſimas infirmitates numero plures, illarumque acerbitatem ſingulari æquanimitate, & Diuinæ voluntati conformatione, perferente, neque reprehenſibilem eſſe, neque heroicitatis fulgorem obumbrare quamcumque aſſertam, in illo tempore, à corporis mortificatione, ceſſationem. Tùm ſecundò, Seruam Dei etſi ægro eſſet corpore, certè in illa afflictione, quantùm in ipſa erat, ſibi non peperciſſe in carnis maceratione, vario pænarum genere, etiàm flagellatione ad ſanguinis vſque effuſionem; ad iàm pridèm dicta remittimus ſapientiſſimos Patres.

6 At Dominus Promotor inſtat, & vrget, quod Serua Dei ob dd. infirmitates commoditatibus indulſerit = *Che tiene coperta di ſtuore la ſua Camera*, *ed il ſuo letto molto pulito*, *e non con pochi panni*, *e la ſua Perſona molto bene auuiata*, *ed è certo*, *che non le mancaranno le coſe neceſſarie per il mangiare &c.* = iuxtà verba Teſtis XXVII. in Animaduerſionibus

rela-

relata . Quià verò omnia, & ſingula ex d. Teſte XXVII. deſumpta obiecta noua non ſunt, ſed deducta in prioribus *Animaduerſionibus pag.*24. §. 51., àc plenè diluta in noſtris Reſponſionibus *à pag.*158. §. 2. *vſque ad pag.*166. §. 21. *incluſiuè*, ideò ſat erit ſapientiſſimos Suffraganтes ad ibi dicta remittere, quæ immota permanent; Cùm Animaduerſiones nullum de illis reddant reſponſum, niſi vnum, & alterum omninò irreleuans; quod nempè Serua Dei factum excuſando, pro vero admiſerit: alterum, quod etſi huiuſmodi vitæ commoditates vitio verti nequeant, tamèn non proſint ad virtutum heroicitatem; Nàm quales fuerint enunciatæ commoditates, euincitur ex Dictis Teſtium deductis *in dd. prioribus Reſponſionibus*, ex quibus oſtenditur, illas nec commoditates dici poſſe, quæ in vſu plùs habebant incommodi, & pauperrimam redolebant paupertatem; Itèm Mariannam nonniſi ægritudinibus diſtentam illis vſam fuiſſe, ne tranſgrederetur leges obedientiæ ergà Confeſſarium Directorem eius ſpiritus, cuius iuſſis in auditù auris obtemperabat, vt in *dictis Reſponſionibus pag.*159. §. 4., & probauimus ſupra *de Iuſtitia* §. 13. *Hæc ante cum ſequen.*, & confirmatur ab eodem Dicto Seruæ Dei in Animaduerſionibus ſub d. §. 26. relato = *Sono tanto miſerabile, che &c. non hò ſalute, e che il mio Padre di Confeſſione m'hà comandato, che ſtia di queſta maniera* =

## Animaduerſio IX.

IN *Animaduerſionibus* §. 27. notat Dominus Promotor receſſum Mariannæ circa annum 1610. à Domo paterna ad pauperrimam cellulam propè Conuentum Sanctæ Barbaræ, quam ſola cum famula inhabitaſſe, inquit, abſque eo, quod conſtet de certa cauſa huiuſmodi ſeparationis; Hinc in eam ſuſpicionem adducitur, quod ad id *fortaſsè* impulerint domeſticæ turbationes non penitùs ceſſatæ; Id, quod nedùm heroicitatem, vt ipſe inquit, tolleret, ſed etiàm culpabilem redderet Seruam Dei, quaſi non tàm Parentum, quàm ſuo viuere mallet arbitrio, vt in *d.* §. 27.

## Reſponſio.

1 INtèr Animaduerſiones propoſitas pro Congregatione Antipræparotoria *pag.* 3. §. 25. recenſentur illa modò deducta, quod ſcilicèt, cum Serua Dei in Domo paterna contumelias, & redargutiones reciperet, tàm à Patre, quàm à Nouerca, nil eſſet veriſimilius, quàm quod ab illis tædio affecta, paternam Domum dereliquerit; At Nos in Reſponſione ad d. Animaduerſionem *pag.*218. §. 4. latè oſtendimus, quod longè antè illius deſertionem, prædd. contumeliæ, omneſque domeſticæ turbationes ceſſauerant, idque Teſtibus probauimus; præſertim Teſte XLVI. Proceſſ. Apoſtol., qui = *conobbe e trattò queſta Serua di Dio, da che ſi può ricordare, perche ſi alleuorno inſieme in vna medeſima ſtrada, e la prattichò ſino, che morſe ſuo Padre Ludouico Nauarro, che ſaranno circa dieci anni* = Proceſſ. fol.1686., & ad rem noſtram fol.1690. t., ibi = *Et in quanto di non eſſerſi voluta* (Serua Dei) *maritare, e per fuggirlo, tagliataſi li Capelli della Teſta, & imbrattatoſi il volto, il Teſtimonio l'ha inteſo dire nel tempo, che ſucceſſe, e così ſi diceua trà li Garzoni, e Seruitori di ſuo Padre, e ſeppe il Teſtimonio, che per queſta Cauſa ſuo Padre la rinſerrò in vna ſtanza, doue ſtette per qualche tempo, SINCHE SVO*

*PADRE SI CHIARI, CHE LA DETTA SVA FIGLIOLA NON SI HAVEVA DA MARITARE, ET ALL'HORA LA LASCIO' LIBERA, E CHE SEGVITASSE IL SVO SPIRITO &c.=*

2 Teſtis XCIV., quæ = *diſſe, che ha conoſciuto la Serua di Dio il tempo di dicidotto anni in circa, e con Lei trattò, e communicò familiarmente &c.=* Proceſſ. fol.2192.t., & ad rem, de qua agitur = *diſſe, che ha conoſciuto la Matregna di queſta Serua di Dio, e da Lei inteſe il contenuto nell'Articolo, e che era tanto data all'orazione, e ſeruizio di Dio, che tornando da meſſa ſaliua alle ſtanze à tetto, e quiui oraua, e che ſe bene procurauano d'impedirla, haueua perſeuerato tanto, che con la ſua continuazione laſciorno di ſturbarla più &c.* Proceſſ. fol.2199. t. & 2200.

3 Ergò dùm penitùs ceſſauerant ſæpedd. domeſticæ turbationes iàm tùm, cùm Serua Dei permaneret in paterna Domo; illæ, quæ ampliùs non erant, haudquaquàm eam impellere potuerunt ad commigrandum viciniam Conuentus Sanctæ Barbaræ.

4 At Poſtulatores nedùm oſtendunt, quod domeſticæ turbationes, quæ ceſſauerant, nullatenùs impellere potuerunt Seruam Dei ad diſcedendum è Domo paterna; verùm etiam probant certam illius diſceſſus cauſam, de qua deponit Teſtis CXL. Proceſſ. Apoſtol., quæ = *venti anni di trattato, e communicazione, che la Teſtimonia hebbe con la detta Serua di Dio=* d. Proceſſ. fol.2590. t. & 2591., & deponit = *che teneua* (Marianna) *in Dio tutta la ſua ſperanza, e che diſprezzaua le coſe di queſto mondo, la quale POTENDO STARE IN CASA DI SVO PADRE, LA LASCIO' PER AMOR DI DIO, e ſe ne venne ad abitare à canto à Santa Barbara in vn ſtanziolino pouero, & à tetto, e ſfornito d'ogni bene &c.= Summ. pag.*84. §. 11.

# *Animaduerſio X.*

AVgetur in Domino Promotore pondus ſuſpicionis in priori Animaduerſione expoſitæ, eo, quia Serua Dei quamuis internis, externiſque vrgeretur impulſibus ad religioſum inſtitutum amplectendum, tamèn illis reſtitiſſe, ait, per annos decem, & octo, & ampliùs, habitumque demùm induiſſe in ætate prouecta, iamque vergente in ſenectutem; Idque eueniſſe, etiàm ſuſpicatur, non ex ſpeciali aliquo motiuo virtutis, *ſed fortaſsè, vt proprio arbitrio viueret, & omninò ſaltem ob humanos reſpectus, quos ſuperare ei non ſupetebat animus*; Indeque infert, quod in illa prouecta ætate = *Non adhùc ad eum communis perfectionis gradum perueniſſet, ad quem cæteroquin pertingere ſolent paſſim quotquot Religioſum Inſtitutum profitentur* = vt in Animaduerſione §. 28., & 29.

# *Reſponſio.*

1 RObur omnium ferè Animaduerſionum, quæ in examine vitæ Seruæ Dei proponuntur, quas intèr etiam nunc præmiſſæ, ſtat in opinatione Reuerendiſſimi Domini Promotoris ex ſuſpicionibus procedente ad ſiniſtram interpretationem facti, non in ipſo facto, quæ ſi demerentur, prout demendæ ſunt, apta non inueniretur opponendi materia: quia in vitæ alterius, etiàm mali hominis inquiſitione vti non debemus

diuina-

diuinatorijs, qualia ſunt ſuſpiciones, quæ in ſola opinione conſiſtunt, ſed probationibus, vt aliàs diximus, & repetere iuuat admonitionem illam Melchiadis Papæ ad Epiſcopos Hyſpaniæ = *Nullum ſuſpicionis arbitrio iudicetis, ſed primùm probate* = de qua in Canone. *Primò ſemper* 13. 2. *quæſt.*1., & Auguſtini *in Homilia* 50. *de Pœnitentia cap.*12., relata in Canone *Multi* 18. *ead. cauſa, & quæſt.* = *Noluit enim* [ Deus) *hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis, ſed potiùs ex lege Dei, ſecundùm ordinem Eccleſiæ* =

2 Illa itaque, quæ ſuſpicionibus, & per verbum *fortaſsè* gratis opinata, animaduertuntur, quæquè frequenter in Animaduerſionibus huius Cauſæ occurrunt, omninò reijcienda ſunt; quià eiuſmodi opinari non facit, rem aliter ſe habere, ac reuera eſt; hinc plus attendere debemus quod in re eſt, quàm quod in exiſtimatione, ad regulam Text. *in leg.*4. §. *Quotiès ff. de manumiſſis vindicta*, & *leg. Regula* § *Qui ignorauit ff. de Iur., & facti ignorantia*.

3 Et quæſumus dicatur: an de Ven. Marianna, ex eo, quod religioſæ Regulæ nomen dare, diſtulerit ad prouectam vſque ætatem, ſuſpicio, quæ vana non ſit, inſurgere valeat, id factum fuiſſe ex motiuo viuendi proprio arbitrio, vel ob humanos reſpectus? de Venerabili inquàm Marianna, cuius mira vitæ Innocentia, ac inſuper eminentes virtutes iàm probatæ, imò demonſtratæ ſunt: de Ven. Marianna, quæ tantùm abfuit, vt ſuo viuere vellet arbitrio, vt contra ex animo, ac firmitèr & Superioribus, & æqualibus, & etiam inferioribus, imò propriæ famulæ libentèr ſubeſſe, ac obedire ſtuduerit, etiam in eius indoli aduerſantibus, ex deductis ſupra de *Iuſtitia* §. *Ad manifeſtationem, cum ſeqq.*, & iuxtà actus in ſpecie relatos in *Summario pag.*182., *& ſeqq.*: De Venerabili Marianna demùm, quæ tantùm abfuit, vt in Virtutum itinere remoueretur humanis reſpectibus, vt incenſa potiùs charitate, illis excluſis, magna fortitèr adiuerit, atque multa mala hilari, & virili animo tolerauerit, vt faceret bona, iuxtà relata ſupra *de Charitate erga Proximum* §.21. *Hæc virgo cum ſeqq.*, *& de Fortitudine* §.3. *Oſtendit etiam*, & habetur *in Summario pag.*199., *& ſeqq.*

4 Quæ verò ex Teſte CLXXIII. Socia Seruæ Dei in §.29. *Animaduerſionum* notantur quod *Era tanto Inimica* (Serua Dei), *che la notaſſero nel ſuo abito, che per queſta cauſa non voleua metterſi abito di Religioſa, ſtandoſene nel ſecolo* = non defectum, ſed eius prudentiam, & humilitatem comprobant: Cùm enim in ſeculo viueret = *andaua veſtita di negro da Zitella honeſta* = vt habemus ab eodem Teſte in *Summario pag.*38 §.19., at verò in illo ſtatu ſeculari = *non voleua metterſi in abito di Religioſa*, & renuebat non abſolutè, ſed tantùm = *ſtandoſene nel Secolo* = ea quidem de cauſa, vt ſibi ſcilicèt caueret à quacumque affectatione, & ſingularitate habitus = *Era inimica, che la notaſſero nel ſuo abito*: *Singularitas enim* = vt dixit Gerſon. *contra Profeſſum inobedientem tom.* 2. *col. mihi* 771. *litt.C.* = *Singularitas procedit ex intimis hypocritalis dementiæ, vt dùm facis quod nemo, mirentur omnes, & tibi laudem ſingularitatis impunè præſumas* = & Cardinal. Bona *de Diſcret. ſpirit. cap.* 7. *num.*6., vbi cum Caſſiano, & alijs teſtatur, quod = *ſuſpectus eſt impulſus, quo quis mouetur ad vitam ſingularem &c. nihil enim frequentiùs damnant Sancti Patres &c. quàm ſingularitatem* =

5 Prætèr dictam Seruæ Dei renitentiam, quod = *non voleua metterſi abito di Religioſa, ſtandoſene nel Secolo* = aliam, quam grauiorem dicit, notam ei inurit = *ne conſigliaua alcuno, che lo faceſſe, ſe non foſſe, entrando in Religione* = illud ſcilicèt, quod nemini ſuadebat in ſeculo, in ſtatu nempè

pè ſeculari geſtationem habitus alicuius Religionis, excepto = *ſe non foſſe, entrando in Religione* = Id, quod confirmatur ab alio Dicto eiuſdem Sociæ Seruæ Dei. *Summario pag.36. §. 11.* = *diceua, che non era biſogno, che le Donne portaſſero habito per le ſtrade, ma tenerlo nel cuore* = hinc res redargutione digna non videtur, ſed laude potiùs charitatis, ob ſtudium elogandi Proximum à ſingularitatis vitio eodem prorsùs modo, quo Serua Dei ſe ipſam.

6 Mariannæ demùm immeritò objicitur reluctantia annorum decem & octo, & vltrà, vocationi ad Religioſum Inſtitutum amplectendum; Cum nihil ſibi antiquius fuerit, quàm virginitatem ſuam Deo ſacrare ſub aliqua clauſtrali Virginum Regula; Id quod ſatis euincitur ab actibus Seruæ Dei ſupra relatis reciſionis capillorum, deturpationis cæno viſus, perhorreſcentiæ thalami nuptialis, qui in eam rem tendebat, præcipuè deſertionis paternæ Domus in ipſa adoleſcentia, ad effectum = *di mettere in eſecuzione li deſiderii, che noſtro Signore mi daua di eſſer Religioſa mi partii vn giorno di Caſa de miei Padri, per andarmene ad vn Conuento di Religioſe &c.* = ex diffusè relatis ſupra *in Reſponſione ad Animaduerſionem VII. §. 1. Eodem Seruæ Dei.*

7 Eiuſmodi verò ſancti deſiderij Marianna compos fieri non potuit, quia = *queſta Serua di Dio* = Teſte Cardinali de Treſio. *Summario pag. 50. in fine*, = *Queſta Serua di Dio ebbe due cauſe eſteriori, per non eſſer Monaca; vna fu la ſua pouertà, perchè non ebbe dote, l'altra fu, eſſer ſtroppiata delle mani &c.* = Quod ſi objiciatur illud, quod Animaduerſiones §. 28, proferunt, relato dicto Teſtis CLXIII. *Summario pag. 38. §. 18.*, quod ſcilicet = *E ſe bene in molte occaſioni li fu domandato per parte delli Padri &c. della Madonna della Mercede, che pigliaſſe l'abito della detta Religione, mai ſi potè ottenere, che lo faceſſe* = vel maximè ſatisfacit prudentiſſima reſponſio Seruæ Dei ab eodem Teſte in eodem loco Summarij relata = *E riſpondeua alli Prelati, che erano quelli, che più ne faceuano iſtanza, che Iddio non gli l' haueua iſpirato.*

8 At verò Reuerendiſſimus Dominus Promotor adhuc vrget teſtimonio Directoris, & Scriptoris Vitæ Seruæ Dei, ex quo apparere, inquit, quod interna diuina Inſpiratio iamdiù anteà per plures pluresque annos non deerat, per illa d. Scriptoris verba, quæ pro fundamento Animaduerſionis referuntur, deſumpta ex *Summario pag.34.* in principio = *Auerla ſanata la Madonna de Remedj gl'anni paſſati, come ſi è detto, quando ſtaua attratta, e trouauaſi all'ora molto chiamata, & obbligata à queſta ſanta mutazione di Abito &c. ma con tutto queſto tardò molto tempo, à determinarſi &c.* = Verumtamen nulla conſiderari valet contradictio inter reſponſum Seruæ Dei relatum per d. Teſtem = *Che Iddio non gli l' haueua iſpirato* = & Dictum Directoris = *Trouarſi all'ora molto chiamata, & obligata à queſta ſanta mutazione di Abito* = Cùm enim non conſtet de tempore, quo Patres Mercenarij petebant à Serua Dei = *Che pigliaſſe l' Abito della Religione*, quibus = *riſpondeua, che Iddio non gli l' hauea iſpirato*, nihil vetat dicere, imò ad omnem declinandam contraditionem, dicere debemus, illud præceſſiſſe particularem Seruæ Dei Sanationem, qua ſequuta = *Trouarſi all'ora molto chiamata, & obligata à queſta ſanta mutazione di Abito &c.* Cùm Teſtium concordia ſit facienda etiam per diſtinctionem temporum, quià, vt dicitur, *diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas*, vt poſt alios Farinac. *de Teſtib. quæſt.65. n.54.*

9 Attento præcipuè, quià agitur de Dicto, quod refertur Seruæ Dei, quæ Chriſti perfecta Imitatrix ſemper *teſtimonium perhibuit Veritati*, vt de

Do-

Domino dicitur Ioann. 18. ideò Ei dicere poſſumus, prout Ozias Iudith *Omnia, quæ locuta es, vera ſunt* = Ac quidem nonne Ipſa eſt, quæ ſemper facta cùm Dictis conformans, & in maximo, & in minimo, in majori, & in modico fidelis ſemper reperta fuit? *Summario num.* 22. *pag.* 161. *& ſeqq.* Non ne hæc eſt, quæ culpas omnes, etiam quas veniales vocant, immortali ſemper odio habuit, eaſque velut à facie colubri exhorruit? *Summario ibidem*; Nonne loquimur de Marianna, quæ, vt in *Summario num.* 37. §. 35. requiſita = *Che per qualificazione della reputatione di certa Perſona diceſſe vna bugia veniale, & anco non arriuaua ad eſſer tanto, ſe non in equiuoco di vna parola, ella ſi ſcusò, dicendo, che per quanto Dio haueua creato nel Mondo, non haueria detto vna bugia, ne mutato il ſenſo alle parole?*

10 Quid eſt igitur, quod Serua Dei Superioribus Ordinis Mercenarij ei inſtantibus = *che pigliaſſe l'abito di detta Religione* = reſponſum dabat = *che Iddio non gli l' haueua iſpirato* = Scriptor autem illius Vitæ = *hauerla*, inquit, *ſanata la Madonna &c. quando ſtaua attratta, e trouarſi allora molto chiamata, & obligata à queſta ſanta mutazione di Abito?* niſi quia, conſiderata d. temporum diſtinctione, benè conuenire poſſunt, quod = *l'anni paſſati* = vt inquit Scriptor Vitæ = *Trouarſi ALLORA molto chiamata, & obligata à queſta ſanta mutazione di abito &c.* & quod iuxtà Teſtem CLXIII., *in molte occaſioni* (nequaquam in illa, in qua = *allora* = reperiebatur, *molto chiamata à queſta ſanta mutazione d'Abito*) *li fu domandato, per parte delli Padri &c. che pigliaſſe l'Abito &c. e riſpondeua, che Iddio non glie l' haueua iſpirato.*

11 Quin etiam data, per falſam hypotheſim, contemporaneitate reſponſionis Seruæ Dei cum relatis in eius Vita, myſtica quædam, & occulta ratio difficultatem dirimit, illa nempè, quod Serua Dei diuino inſtinctu tunc impulſa quidem fuerit ad habitum Religioſum, non vt reuera opere compleret, ſed, vt in Dei Amore, & perfectione proficeret, vſquequò denuò gratia Spiritus Sancti inſpiraret in opus ſuſceptionis proferre, vt ex infallibili diuinæ Prouidentiæ diſpenſatione, cuncta ſuauitèr diſponentis, nonnumquàm euenire, præclarè teſtatur Bernardus *in Sermon. prim. Pentecoſtes, intèr eius Opera Vol.* 2., *col. mihi Venetæ editio.* 213. *ſub* §. 5. & poſt Eum Card. Bona de *Diſcret. Spirituum Cap.* 8. *par.* 11. his verbis = *Quamuis autem Spiritus Dei ſemper doceat Veritatem, ſemper alliciat ad Virtutem, nonnumquàm tamen docet, & non allicit, nonnunquam allicit, & non docet &c. ex infallibili diuinæ Prouidentiæ diſpenſatione, quæ ſuauitèr cuncta diſponens, ab infimis ad altiora nos erigit &c. ſic degentibus in pace Eccleſiæ martirij deſiderium, Imbecillibus aſperitates &c. interdum inſpirat, non vt reuera hæc opere compleant, ſed vt his deſiderijs ſuccenſi Mundum cùm Pompis ſuis execrentur, & in Dei amore, ac perfectione proficiant; Omnia itaque deſideria, Deo inſpirante concepta plurimò quidem facienda*, SED NON STATIM ADIMPLENDA SVNT, QVIA NON SEMPER AD HVNC FINEM IMMITTVNTVR; *Ideò præmiſſa rei inſpiratæ matura conſideratione, feruenter orandum cum Apoſtolo* = DOMINE, QVID ME VIS FACERE?

12 In præmiſſa igitur hypotheſi, ſi veritas ipſa requiritur, Dictum Seruæ Dei, & ſcriptum in eius Vita inter ſe contraria non eſſe, conſtat; Quod namque de deſiderio, diuinoque impulſu ad habitum Religioſum loquitur Scriptor Vitæ, hoc denegat Marianna de Inſpiratione, vt reuera opere compleret, diſtulit autem immiſſum deſiderium adimplere, vſquequo gratia Spiritus Sancti, & docuit piam cogitationem in opus pro-

proferre, & ad illud etiam mouit; Tunc enim nouo deſuper infuſo Lumine, pro religioſi habitus ſuſceptione Serua Dei non contradixit, retrorſum non abijt, ſed ſtatim, & nè punɫo quidèm temporis opere ſuſpenſo, illud impleuit, vt habemus ab eodem Scriptore Vitæ Seruæ Dei, *Summario pag.*34. ſub initio his verbis = *Tardò molto tempo in determinarſi ſinchè vn giorno, nel quale la Chieſa celebraua la Feſta del Bambino perduto &c. in molta profonda, & interiore Orazione, e come abſorta in Dio &c. ſi trouò queſt' Anima tanto chiamata &c. à queſto ſant' Habito, che ritornando Ella in ſe da queſta Orazione &c. ſubito chiamò la ſua Compagna, e la mandò per il Panno, e per l'altre coſe neceſſarie per pigliar l' Habito &c.* & quo ad dictam ſpecialem vocationem Seruæ Dei, impulſumque ad ſuſcipiendum habitum Sacri Ordinis Mercenarij de Cœlo factum in die Dominica infra Octauam Epiphaniæ concordant illius ſocia, Confeſſarij, alijque Teſtes relati in *Summario num.*5. *à pag.* 35. *vſque ad* 40.

13 Itaque nec minima Seruæ Dei inuri poteſt nota defectus in dilata ſuſceptione habitus Religioſi, tantòque minùs, quantùm Seruam Dei vixiſſe conſtat ſub exactiſſima Directoris eius Spiritus, & Confeſſarij, aliorumque ipſius Superiorum obedientia, & quidem in gradu heroico, vt latè *in Summario pag.*182., *& ſeqq.* Præcipuè verò in differenda religioſi habitus ſuſceptione, iuxtà Teſtimonium eiuſdem Directoris antè illius verba ſub §. 28. *Animaduerſionum*, ex *Summario pag.*34. tranſcripta. Quod ità legitur = *Quello* (Abito) *che adeſſo ha pigliato, e per meglio dire la Madonna gli lo ha dato..... è molto tempo, che l'ha conſiderato, e mirato, perche auendolo communicato con il Padre Prouinciale alcune volte, e quel, che è più il noſtro Reuerendiſſimo P. Generale, ed anco il ſuo Confeſſore, & altri Padri &c.* = Hoc igitur attento, laudare debemus Seruam Dei de dilata habitus ſuſceptione, vt enim eruditiſſimus Bona, poſt ſupra relata, proſequitur *d. Cap.*8. *par.*2. = *Prudens* inquit, *Conſcientiæ Director conſulendus, eiuſque monitis acquieſcendum eſt, & part.*3. §. 5. ibi = *Cùm Deus mandat aliquid fieri, dat etiam robur. Cauendum nihilominùs eſt, ne ſtatim huiuſmodi mandata executioni mandentur, ſed prudentis Directoris adhibendum conſilium, qui ſtatuere poſſit, quid agendum ſit.*

14 Hinc cùm ex deductis ſua mole ruant omnes difficultates in dd. Animaduerſionibus allatæ, quæ à teneris annis fuerit Seruæ Dei vita, ſinè difficultate deprehenditur ex Epitome eius Virtutum ſuperiùs pertexto, ac etiam ex ſupra dictis, alijſque in Summario deductis, quorum ope iudicium longè certiſſimum efformatur, eam ab ipſa infantia eximiæ Sanctitatis ſpecimen dediſſe; Creſcente verò ætate, creuiſſe in ea Fidem, morum honeſtatem, Pietatem, aliaſque Virtutes, præſertim Charitatem, ex cuius conſpicua diffuſſione in eius corde, apparebat, eius Corpus Templum eſſe Spiritus Sancti, quod illi per Innocentiam, & puritatem, carniſque mortificationem in eo ſtudiosè præparauerat, taliſque fuit progreſſus Vitæ, qualem exigebat ipſe Spiritus Fons puritatis, & gratiarum theſaurus, qui nec minimam imperfectionis paleam in Cordis habitaculo reſidere permittit.

15 Non fortaſsè igitur, ſed equidem longè firmum, ad effectum, de quo agitur conſtitui valet fundamentum in Vita Seruæ Dei in ſtatu ſeculari: Firmiſſimum autem in altero Religionis, qui eximiarum Virtutum actibus exundat, vt patet ex dicto *Epitome*, nullumque concurrit erratum licet leue. Sicut enim, quæ obiecta ſunt, ita & quæ obijciuntur mox recenſenda, nugæ probantur, & ſi argumentis circùm ornatæ.

Ita-

16 Itaque non diſcedendo ab Animaduerſionibus, gradum facimus ad examen eorum, quæ obijciuntur quoad Vitam Seruæ Dei in ſtatu Religioſo, ab anno ſcilicèt 1614., vſque ad annum 1624. quo beato fine quieuit, de quibus agemus in Animaduerſionibus mox notandis, proſequendo ordinem precedentium, quare ſit.

## *Animaduerſio XI.*

BReue fuiſſe d. tempus annorum Decem ad commonſtrandam heroicitatem Virtutum Serue Dei ad effectum Beatificationis, pro quo longum tempus heroicè peractum neceſſarium eſſe, obijcit Dominus Promotor *in Animaduerſionibus* §. 32., maximè, vt ibi ait, in Serua Dei, que maiorem vite partem in ſeculo traduxerat.

## *Reſponſio.*

1 SVo ſe ore iudicat Reuerendiſſimus D. Promotor, dùm ad effectum Beatificationis admittit ſufficientiam exercitij virtutum in gradu heroico per longum tempus, ſimulque in examine præinſerti Dubij obijcit de inſufficientia temporis decem annorum; Cùm ex Iuris diſpoſitione habeamus pro eadem re longum tempus, & decennium, vt patet ex Rubrica Codicis lib. 7. tit. 33. = *de Præſcriptione LONGI TEMPORIS DECEM, VEL VIGINTI ANNORVM*, vt docet doctiſſimus Cuiac. in Commentar. in eundem Titul. Oper. Tom. IX. col. 1021. Litt. E., vbi, preſcriptio, ait, *longi temporis definitur, eſſe annorum decem*, additque idem tempus dici = *diutinum, & diuturnum*.

2 Satis igitur eſſet Poſtulatoribus, exercitium virtutum in gradu heroico oſtendere, per idem tempus, imò per longè minùs, quia vt nemo eſt, qui neſciat, in Cauſis Seruorum Dei Eccleſia non quærit de tempore exercitij virtutum, ſed de actibus poſitiuis, non communibus, virtutum, ex quibus reſultare valeat illarum habitus in gradu heroico, nàm tales ad hoc culmen perfectionis breui tempore per gratiam Dei peruenti, cenſendi ſunt, diù, & per multa tempora vixiſſe in ætate Virtutis, iuxtà illud Sapien. IV. = *Conſumatus in breui expleuit tempora multa*: Ad hanc ætatem vnicè reſpiciendum eſt, ad effectum Beatificationis, ſcilicèt Seruos Dei Fidelibus proponendi in exemplum virtutis; vndè S. Bonauentur. ſuper dicto Cap. Sap. = *Perfectus*, ait, *in gratia modico tempore expleuit meritum, quod alij acquirunt per multa tempora*, & Cornel. à Lapid. in eodem loco = *Iuſtus*, inquit, *qui breui tempore per gratiam Dei, ſuamque cum illa ſtudioſam cooperationem euaſit in prudentia, & virtute perfectus, hic cenſendus eſt diù, & per multa tempora vixiſſe &c.* = & infrà = *Conſummatus ergo, non conſumptus, ſed perfectus in virtute, qui ſcilicèt per crebros, intenſos, & heroicos virtutum actus, paruo tempore ad culmen Sanctitatis euaſit*.

3 Sic, licèt Sanctus Caſimirus vixerit tantùm vigintiquinque annis: Sanctus Aloyſius Gonzaga viginti tribus: Sanctus Stanislaus Koſtka decem, & octo, tamen, non obſtante dictorum annorum paucitate, ob magnum, ad quem peruenerunt, meritorum cumulum, Sanctorum Albo adſcripti ſunt.

4 Sed inquit Dominus Promotor, longum tempus heroicè peractum maximè requiri in Serua Dei, quæ maiorem Vitæ partem in ſæculo traduxit; At

verò preter nunc dicta, ex quibus ſoluta eſt obiectio, pro effectu, de quo agitur, neceſſaria non eſt inſpectio ſtatus Vitæ, ſiuè ſecularis, ſiuè Regularis, ſed, vt dicebamus perfectionis virtutum, & habitus illarum in gradu heroico, quæ in vno, & altero ſtatu exerceri, ac poſſideri valent: Vtquè id exemplis magis pateat, non diſcedendo à Sanctis iam enunciatis, vt alios taceamus; Sanctus Caſimirus ætatem illam annorum vigintiquinque totam traduxit in ſeculo: Sanctus Aloyſius tantùm ſex ex viginti tribus annis traduxit in Societate Ieſu: Sanctus Stanislaus ex decem, & octo ſuæ ætatis annis, decem tantum menſibus moratus eſt in Tyrocinio dictæ Societatis, & nihilominùs per ſolemnem Canonizationis actum Amici Dei declarati ſunt. Habitus enim, & ſtatus Religioſus non faciunt Sanctitatem, iuxtà illud Tridentini ſeſſ. 14. cap. 6. de reform. = *habitus non facit Monachum*, & Sanctus Bernard. Epiſt. ined. 28. = *In habitu Religionis, quo induor, ſpecies eſt Sanctitatis, non Sanctitas*.

5 Verùm enim verò probatio virtutum per Mariannam heroicè exercitarum initium habet ab ipſa Infantia, à qua manus ſuas miſit ad fortia, dùm præcinxit illam Deus virtute, *& poſuit immaculatam viam eius*, vt patet ex Dictis Teſtium, qui Seruam Dei nouerunt etiam à prima eius ætate, relati *in ſæpedicto Epitome*, & in alijs ſupra.

## *Animaduerſio XII.*

DVbitat Reuerendiſſimus Dominus Promotor *in Animaduerſionibus* §. 32. *in fine* = an ſæpedicta temporis intercapedo à ſuſcepto per Seruam Dei habitu Religioſo vſque ad eius mortem, dici valeat heroicis virtutibus referta; Et percurrendo eiuſdem actus in ſtatu Religioſo exercitos, ipſum tranſitum ab vno ad alterum ſtatum heroicitate vacuum dicit, attenta priori vehementi, vt ait, reſiſtentia diuinæ vocationi per viginti circitèr annos, poſteà ceſſata per efficaciorem diuinam vocem, iuxtà relata ex *Summario in Animaduerſionibus* §. 33.

## *Reſponſio.*

1 MOra in electione ſtatus non obſtat heroicitati, quæ ſtat in tranſitu ad perfectiorem ſtatum, ſicut heroicitas in promptitudine amplectendi perfectiorem ſtatum, non excluditur ex longa conſultatione, maturoque iudicio præuijs ad electionem faciendam, quæ pertinent ad actum Prudentiæ: Hæc norma cæterarum virtutum, hæc recta ratio agendorum fecit, vt Marianna cogitationem ſuſcipiendi habitum Religioſum, quem Deus inſpirabat, verùm ad illam in opus proferre adhùc non mouebat, dictam, inquam, cogitationem maturè conſideraret; ſuæ conſcientiæ Directorem deſuper conſuleret, ac cum Apoſtolo feruentèr oraret = *Domine quid me vis facere?*, donèc idem Dominus, qui adiuuat infirmitatem noſtram, ac ſuauitèr cuncta diſponit; latentèr nouo lumine Mariannam moueret ad inſpiratam habitus ſuſceptionem, opere implendam, & quam ſtatìm, ac libentiſſimo animo exequuta eſt, vt ex Summar., & alijs plenè probauimus ſuprà in *Reſponſione ad Animaduerſionem X.* = ad quam ſapientiſſimos Patres remittimus, ne crambem recoquere videamur.

# *Animaduerſio XIII.*

EX pluribus congeſtis in *Animaduerſionibus* §. 34. ſuper Seruæ Dei mala valetudine iàm contracta antè Religioſi habitus ſuſceptionem, Dominus Promotor oſtendere conatur, nedùm eam inhabilem ad vitæ auſteritates exercendas à Regulis profeſſi Inſtituti præceptas, ſed imò addictam comoditatibus famulatus Sociæ, alijſque in cibo, potu, veſtitu, lecto molliori, Cellæque ſuppellectili conſiſtentibus; hinc expectari non poſſe, ait, quicquam heroicitatis in hoc ſuſcepto Inſtituto Mercenariorum, nèc etiam in illo mitiori Calceatorum, cuius auſteritates ne quidem in gradu communi adimplere valebat. Quocircà Dominus Promotor à Poſtulatoribus explicari petit rationem, qua in ijs ſe geſſerit Serua Dei, & impulſa fuerit ad arctius Inſtitutum tranſire: Plura inſuper capita *in* §. 36. *Animaduerſionum* tranſcribit ex Regulis pro Excalceatis anno 1603. editis, ſuper quibus per Poſtulatores pleniſſimè ſatisfaciendum eſſe, petit „ *quia potiſſimum quoad prædicta Capita non videtur; admodum excellere potuiſſe Serua Dei,* „ ſunt verba Animaduerſionum §. 37.

# *Reſponſio.*

1 MArianna etiam ægra, & infirma, anxio caſtigandi Corporis deſiderio æſtuans, illas auſteritates exercere, & in ſe admittere non deſijt, quas eius Moderatores, & Superiores, à quorum ore, nutuquè pendebat, in illo ſtatu permittebant, ab illis verò aliquando, ſe temperauit iuxtà eorumdem edictum, quod ſuſcipiebat velut emiſſam diuinitùs vocem, vt in Summar. à pag. 182. vſque ad paginam 187., & ſupra agendo de *Iuſtitia*, exactiſſima Seruæ Dei *Obedientia* omnibus, præcipuè verò proprijs Superioribus, & Confeſſario, probatur. Tantùm verò abeſt, quod eiuſmodi remiſſiores actus in carnis maceratione heroicitati officiant, vt potiùs eidem legitimum teſtimonium perhibeant. Reminiſcantur ſapientiſſimi PP. eorum, quæ *Animaduerſiones* §. 16. prætermittunt, quod ſcilicèt in iudicanda virtutum heroicitate attendi debent ſtatus, & conditio eius, de cuius cauſa tractatur, aliæquè extrinſecæ circumſtantiæ, ex quibus, quod in vno eſt heroicum, poteſt in alio heroicum non eſſe: Nàm licèt aliqui actus mortificationis, & macerationis carnis per Seruam Dei in illo tempore longè grauiſſimarum Infirmitatum, aſſumpti, de quibus ſupra, licèt, inquam dicti actus conſiderari poſſent communes pijs Mulieribus in ſtatu perfectæ valetudinis, & ſic reſpectu illarum non heroici, quia tamèn longè excedunt communem modum piarum Mulierum infirmarum, in his circumſtantijs ſunt heroici. Cùm autem de omnibus ſupradictis animaduerſis, nempè aſſerta imminutione auſteritatum, etiam proprij Inſtituti ob ſuperuentas Seruæ Dei infirmitates: aſſertaque indè indulgentia nonnullis vitæ commoditatibus plenè actum ſit, tùm in dicta Reſponſione *ad Animaduerſionem IV. ſecundæ Inſpectionis*, tùm in altero ad *Animaduerſionem VIII. huius tertiæ Inſpectionis*, ad iàm dicta remittimus præſtantiſſimos Suffragantes, nè inuoluntariæ prolixitati tædium repetitionis accedat.

2 In eiuſmodi autem Religioſo infirmo ſtatu Seruæ Dei vberrimi actus virtutum in gradu heroico collecti probantur, ſi non tanti ex fonte auſteritatum, quanti percipi potuiſſent in ſtatu ſanitatis, quæ de cœtero iuxtà

D.Thom. 2.2. quæſt.188. artic.7. in Corpor. non perfectio, ſed perfectionis Inſtrumenta ſunt; Certè tamèn maiores, quàm anteà ex vniuerſalitate virtutum, præcipuè Chriſtianæ *Fortitudinis, Tolerantiæ, Patientiæ, & Obedientiæ*, vt patet ex probatis in Summ., & in Epitome, alijſque ſupra deductis.

3 Hoc autem Crucis genus, quod ſpirituale dicitur, pretioſius eſt, atque ſublimius illo carnis auſteritatum, longeque plus altero corporali excellentiam vitæ oſtendit, vt habetur *in Sermon.* 196. *in Appendic. Tom.* 5. *part.*2. *cap.*5. *intèr Oper S. Auguſtini col. mihi* 329., & Matthæucc. *in pract. ad Cauſas Beatificat. tit.*2. *cap.primo num.*48., & 49., apud quos rationibus patet, plus putandos eſſe hos virtutum actus, quàm quod eſſe poſſit in actione corporalis macerationis; Hinc meritò repetendum eſt illud egregium Ambroſij effatum = *Infirmitas Officina Virtutis eſt*, cum alijs diffusè expoſitis in *Reſponſione ad Animaduerſ. VIII.* ſub hac eadem tertia Inſpectione.

4 At obſeruat Reuerendiſſimus Dominus Animaduertens, quod cum Serua Dei ob ſuas Infirmitates Inſtituti Mercenariorum Calceatorum auſteritates adimplere non valeret, nulla ſuppetat ratio, qua ipſa impelleretur tranſire ad illius Reformationem, vulgò *de'Scalzi*, ſeù *Recolletti*. longè auſteriorem, vt *ibidem* §.34.; Verùm tamèn obiectioni illud facit ſatis, quod Serua Dei pro more habuit, in omnibus conſulere ſuæ Conſcientiæ Directorem, aliosque Superiores, illorumque voluntati, & monitis exactè inhærere, & acquieſcere, tàm quoad interna, quàm in externis, vt hanc veritatem habemus ex Teſtibus relatis in Summario, præſertìm ſub num.25. pag. 182., & ſeqq., & in Epitome ſub virtute *Iuſtitiæ* §. 13.; *Hæc ante*, cum ſequentibus, Teſtes paritèr tradunt, Seruam Dei tranſiuiſſe ad Inſtitutum reformatum, authorante P.Ludouico de Ieſu Maria tunc temporis Prouinciali PP.Mercenariorum dictæ Reformationis, eiuſque Confeſſario *Summario pag.* 36. §.12. *pag.*37. §.14., & deponit ipſemet Pater Prouincialis Teſtis II. Proceſs. Informat. Summar. pagin. 35. §.7. atteſtans, = *Che la detta Serua di Dio diſſe a Sua Paternità, come a ſuo Confeſſore la reuelazione, vocazione, che Iddio l'aueua fatto alla Religione &c. riceuè l'abito di queſta Santa Religione delli Recolletti &c., e profeſsò in mano di Sua Paternità &c.*; Cùm autem ex his pateat, humilem Ancillam Chriſti omnia ad prudentem ſuum Confeſſarium detuliſſe, & illius directione, & authoritate, ſecundam profeſſionem emiſiſſe, non eſt quærendum à Poſtulatoribus, quinam, & qualis fuerit impulſus ſæpèdicti tranſitus Seruæ Dei ad Inſtitutum Recollectorum, quia approbatus ab eius Directore, bonus apparet, taliſque dicendus eſt, vt ſuadent Sanctorum PP.documenta, ac regulę, de quibus plura Caſſianus Vitæ ſpiritualis Magiſter eximius, & alij apud pijſſimum Cardinalem Bona *de diſcret. Spirit. cap.*5. *num.*6.

5 Demùm *in Animaduerſionibus* §. 36. nonnulla capita tranſcribuntur ex Regulis, ſeù Conſtitutionibus pro PP. Mercenarijs Excalceatis editis, ſuper quibus Reuerendiſſimus Dominus Promotor zelo quidem ardenti, & ſummo inſtat ſeorſim pleniſſimè per Poſtulatores ſatisfieri, adeoùt nedùm ſimplex eorum implementum, verùm etiam excellens illud, & in gradu heroico oſtendi debeat.

6 Porrò hæc omnia nihil vrgent, quia Regulæ, ſeù Conſtitutiones, quarum nonnullæ § 36. *Animaduerſionum* recenſentur, editæ fuerunt pro Viris Fratribus Clauſtralibus, vt patet ex illarum lectione, præcipuè verò *ex Rubrica*, ſub qua collectæ ſunt, ibi = *Conſtitutiones de los Religioſos de la*

*Reco-*

*Recoleccion del Orden de nueſtra Sennora de la Merced Redempcion de Captiuos, ordenadas para la fundacion &c. de los primieros Conuentos de Recolleccion &c.*, & ideò non comprehendunt, neque afficiunt fæminas, quæ licèt geſtent habitum Religioſum, Vota tamèn ſimplicia emittunt, & extrà ſepta Monaſterij in Domibus ſuis, vel Conſanguineorum vitam ducunt, quæquè Tertiariæ Mantellatæ dicuntur, in quarum numero, ſinè controuerſia, recenſenda eſt Venerabilis Marianna, quæ cum Mercenariorum indumento in Domo ſua vitam duxit, Deoque militauit, & talis agnoſcitur ab eodem Domino Promotore §.38., nempè *ſimplex Mulier in qualitate Tertiariæ*: Quocircà ſufficit Poſtulatoribus ad deſuper congeſtas repellendas obiectiones, dicere: Regulæ, in Animaduerſionibus allegatæ de Mulieribus extrà Clauſtra non loquuntur, & iſtum caſum non comprehendunt, iuxtà vulgatum dicterium, licèt in diuerſa materia, attributum Ioanni Andreæ, de quo *Rot. deciſ.* 433. *num.*2. *coràm Ludouiſio*.

7 Omittimus rem tantoperè manifeſtam Doctorum authoritate tueri, & comprobare; cum ad oſtendendam illius euidentiam recurrere ſufficeret ad præſtantiſſimos Suffragantes, præſertim ex Ordine Regularium, qui eiuſmodi Mulieres in ſeculo viuentes ad Habitum Religioſum cum emiſſione Votorum ſimplicium recipiunt: Cùm apud eos exploratum eſſe, non dubitamus, eaſdem Mulieres, quocumque nomine nuncupentur, prætèr Indulgentias, nihil commune habere cum Fratribus Clauſtralibus.

8 Idemque dicendum eſt de illo capite, quod Animaduerſiones *ſub* §. 37. , vnum ex præcipuis Regularum Mercenariorum dicunt: nempè vtrùm *prò Captiuis redimendis* (Serua Dei] *allaborauerit, & pecuniarum ſummas à ſe collectas diſtribuerit ad præſcriptum Regulæ, deponendo partem in Captiuorum Redemptionem, iuxtà &c. Redemptionis Inſtitutum, de quo Innocent. III. in ſua Conſtitutione anni* 1198., *quæ incipit = OPERANTE =*, cum alijs dicto §.37. quia dictæ Conſtitutionis diſpoſitio tantùm verba facit de Fratribus Clauſtralibus, ideò nullatenùs comprehendere poteſt Mulieres in Domibus ſuis viuentes.

9 Imò, vt dicamus, quod res eſt, allegata Conſtitutio Innocen. III. approbat Regulam Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum à Sancto Ioanne de Matha propoſitam, & reſeruantem in Redemptionem Chriſtianorum Captiuorum tertiam partem bonorum Fratribus obuenientium, quæ alia eſt ab illa Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quarto Voto adſtringente Sodales, manendi in pignus ſub Paganorum poteſtate, ſi pro Chriſtianorum liberatione opus fuerit, docente Beatiſſima Virgine, à Sancto Petro Nolaſco data anno 1235., à Gregorio IX. approbata, cuius habitum ſuſcepit Serua Dei.

10 Sentiens autem Dominus Promotor, Seruam Dei ab allegatarum Regularum onere eſſe ſolutam à Poſtulatoribus §. 37. ſciſcitatur, ad quid in ſpecie ipſa teneretur, tàm in vim primæ, quàm in vim ſecundæ profeſſionis ab ipſa emiſſæ? Verùmtamèn idem Dominus Promotor fruſtrà, quod habet in actis probationum exiſtentium in Proceſſibus, quærit à Poſtulatoribus, quorum munus in hac parte completum eſt per illorum productionem. Plenè autem ex ipſis euincitur, Seruam Dei in gradu perfecto, & heroico, mandata Dei, & Eccleſiæ cuſtodiſſe: Vota item emiſſa ſimili modo Domino reddidiſſe; Conſilia demùm Euangelica ſtatui ipſius conuenientia impleuiſſe.

# *Animaduerſio XIV.*

EXitus Vitæ Venerabilis Mariannæ, in ſenſu *Animaduerſionum* §.38. munitus non apparet illis circumſtantijs, quæ felicem Seruorum Dei obitus illuſtrare ſolent, veluti præuiſione ipſius mortis, & ſpecialioribus perfectiſſimæ Charitatis in Deum, aliarumque Virtutum actibus verè heroicis, itaùt finis Vitæ dici valeat *illuſtris, & Sanctimonia plenus*, ad arguendum, quod actiones anteactæ fuerint ſanctæ, iuxtà *Decreta Generalia pag.*53. *in dicto* §.38. *allegata*.

# *Reſponſio.*

1 IN Seruorum Dei Cauſis mandant Decreta generalia, vt præcipuè videatur illorum exitus Vitæ, *qualis* nempè *fuerit, & qualibus circumſtantijs Sanctitatis ſit munitus*; ea præmiſſa ratione = *quoniam ſi finis Vitæ illuſtris ſit, & Sanctimonia plenus, & publica præſertìm teſtificatione notatus, argumentum erit, quod actiones anteactæ poterunt eſſe Sanctæ* = Itaque examinando circumſtantias, & ea, quæ in fine Vitæ Seruæ Dei contigerunt, argumentum efformandum eſt, iuxtà dd.Decreta, Sanctitatis præcedentium ipſius actionum; Id, quod omni dubio vacat, perpenſis Dictis, & Factis Seruæ Dei in eius obitu. Dictis item, & Factis Populorum: Circumſtantijs demùm particularibus, quibus ille munitus apparuit.

2 Quià verò Teſtes vtriuſque Proceſſus Apoſtolici, & Ordinarij, plura ex nunc præmiſſis exprimunt, aliaque recenſent remiſſiuè ad articulos exaratos circà felicem obitum Seruæ Dei, ſupèr quibus reſpectiuè deponunt, id circò, vt omnia præſtantiſſimis Suffragantibus manifeſta ſint, opus eſt antè Dicta Teſtium, tranſcribere Articulos; Et procedendo cum methodo *Summarij*, in eo, circà dictum obitum Seruæ Dei, *pag.*338., *& ſeqq.* primo loco referuntur Teſtes examinati ſupèr 35. *articulo* intèr productos in Proceſs. *Apoſtol. fol.* 24. *ter.*, *& fol.* 25., hinc tranſcribitur d. articulus huius tenoris.

3 *Item qualitèr, cùm Dominus noſter vellet ad ſe vocare d. eius Seruam, illam oppreſſit infirmitate pleuritidis, ex qua clarè cognouit, quod volebat eam liberare ab ergaſtulo ſui Corporis mortalis, & poſt infinitam gratiarum actionem pro tanto beneficio, confeſſionem generalem fecit, & Sanctiſſimum Sacramentum pro Viatico recepit, ac extremam Vnctionem, & de morte lætata fuit, in omnibus diuinæ Voluntati conformis; & cùm in Ciuitate Matriti publicaretur eius Infirmitas, acceſſerunt ad viſendam eam, & ipſius benedictionem accipiendam multi Domini, & Dominæ, Magnates, Titulares, & alij particulares omnis ſtatus, & gradus, quæ ore pleno Eam acclamabant, vtì Sanctam; & poſt quàm licentiauit ſe à Patribus, & Religioſis Excalceatis &c. habuit cum Deo multa, & amatoria colloquia, non ceſſans multoties deoſculari Vulnera pedum, lateris, & manuum Crucifixi, quem tenebat in ſuis, & in vocando dulciſſimum Nomen Ieſu, ſuam benedictam animam commendauit Creatori ſuo, die &c. remanente Cadauer tàm pulchro, & vultu adeò ſereno, ac ſi non expiraſſet, & per ſpatium 40. horarum, quod d. Cadauer manſit inſepultum, membra eius tractabilia erant, ac ſi*

*ac ſi eſſent Perſonæ viuentis, & adfuit maximus Populi Concurſus, qui acceſſit ad viſitandum eius Corpus, & illi tangendum Roſaria, ac maxima deuotione deoſculabantur manus, & pedes illius, & procurabant aliquid ex ſuis rebus, pro Reliquijs, magni facientes etiam flores, qui exiſtebant iuxtà eius Corpus &c.*

4 In relato articulo ponit Poſtulator Cauſæ ea omnia, ex quorum concurſu finis vitæ Seruæ Dei quidem certè dicendus eſt Illuſtris, & Sanctimonia plenus, & publica præſertim teſtificatione notatus; & illa probant plurimi Teſtes ſuper eodem articulo examinati, & inter cæteros.

5 VI. Teſtis Sacerdos Secularis, & aliquotiès Confeſſarius Seruæ Dei ſuper dicto articulo dixit = *Saperlo, come in eſſo ſi contiene, per auer viſto la maggior parte di quello, che in eſſo ſi riferiſce, e quello, che non vidde, lo ſentì dire notoriamente, & il Teſtimonio viſitò la detta Serua di Dio nella ſua infermità, e quiui le communicò coſe particolari della ſua Anima, & in ſpecie li acceſi deſiderij, che aueua d' andare al ſuo dolce Spoſo Gesù Criſto &c. e morſe con gran nome, & opinione di Santa, acclamandola per tale il maggior concorſo di gente di tutte le qualità, che poſſa eſplicare, li quali nelli due giorni, che il ſuo Corpo ſtette nella Chieſa di Santa Barbara, andauano à bagiarli li piedi, e le mani, e toccarla con li Roſarij, procurando di auer qualche coſa delle ſue Reliquie, & il Teſtimonio ſi perſuade, che vna commotione tanto generale, come fù in queſti giorni, e così teneri affetti alla detta Serua di Dio non poteuano, eſſer meno, che effetti ſopranaturali, e di cauſa ſuperiore, & il Teſtimonio potè appena accoſtarſi al Corpo della detta Serua di Dio, e bagiarli le mani, le quali per eſſer due giorni, che era morta, ſtauano tanto trattabili, come di Perſona viua, tutto il che ammirò il Teſtimonio, confermandoſi nella opinione, che ſempre ebbe, che la detta Serua di Dio era Santa &c.* Summar pag. 338., & *ſeqq.*

6 X. Teſtis dixit = *Il Teſtimonio viſitò la detta Serua di Dio nell'vltima Infermità &c. notò, & auuertì tutto il contenuto nell' articolo* (trigeſimo quinto) *tanto il gran concorſo di gente di tutte le qualità &c. quanto che riceueſſe li Santi Sagramenti del Viatico, & Oglio Santo con ſtraordinaria deuozione &c., e morſe la detta Serua di Dio con grand'opinione, e fama di Santità &c.* Summar. pag. 339. §. 6., & ſeqq.

7 XIX. Teſtis ſuper dicto articulo dixit = *Sapere il contenuto in eſſo, e vi ſi trouò preſente, e ſucceſſe, come ſi articola, e la detta Serua di Dio morì con gran ſegni della ſua Santità, parlando ſino all'vltimo ſoſpiro, inuocando il nome di Gesù, e della ſua Santiſſima Madre V. M. con molta edificazione delli circoſtanti, e vidde il ſuo corpo li giorni, che ſtette inſepolto, e toccò il ſuo corpo molte volte, e vidde, che la carne ſtaua trattabile, come di Perſona viua &c.* Summar. pag. 340. §. 13.

8 CLXIII. Teſtis ſuper dicto articulo dixit =, *Che tutto il ſuo contenuto è certo, e vero, perche il Teſtimonio ſi trouò preſente al tutto, come riferiſce l'articolo, tanto nella ſua Infermità, doue fù grande il Concorſo di Signore, e gente particolare, che ſapendolo, andauano a riceuere da lei la ſua benedizione, quanto alla ſua morte, e ſepoltura &c.* Summar. pag. 343. §. 9., & ſeqq.

9 CLXIV. Teſtis ſuper d. articulo, dixit = *Che due giorni prima della morte di queſta Serua di Dio, la viſitò il Teſtimonio nella ſua Infermità, e vidde la gran pazienza, che vi aueua, e ſtaua con la medeſima equalità di animo, che quando ſtaua bene, anteponendo al ſuo medeſimo ripoſo, la carità delli Proſſimi, conſolando quelli, che la viſitauano, e dando a tutti grand' eſempio con la ſua gran reſignatione nella Volontà Diuina; E ſimilmente vidde il Teſtimonio il gran concorſo di gente, che andauano a vederla, e riceuere*

da

*da lei la ſua benedizione, acclamandola per Santa, e referendo molte coſe particolari, che la Serua di Dio aueua fatto con loro, a vno di rimediar le ſue neceſſità, ad altri dettogli le coſe future, che li erano ſucceſſe, come lei aueua detto, e con queſto nome di Santa morì; e dopo la ſua morte andò a vederla grandiſſimo concorſo di gente, toccandola con Roſarij, & altre coſe, e procurando auere qualche coſa delle ſue per Reliquie, come il tutto lo vidde, e notò il Teſtimonio* Summar. pag. 343. §. 33.

10 Simillimus *d. Articulo* 35. ſupèr illuſtri coram Deo, & hominibus pretioſo obitu Seruæ Dei legitur *articulus* 22. inter illos *Proceſs. Informatiui*, abſque eo, quod vlla ferè inter vtrumque intercedat diuerſitas, niſi tantùm, quod illi latinè concepti ſunt, hi autèm italicè traducti; ideò omittitur illius tranſcriptio, & Teſtes aliqui, ex pluribus ſupèr eo receptis, ſubnectuntur, nempè.

11 Teſtis I. Confeſſarius Seruæ Dei in infirmitate, ex qua deceſſit, ſupèr articulo 22. dixit = *Saperlo, come in eſſo ſi contiene, perche ſi trouò preſente, & aſſiſtente all'Infermità, e la confeſsò per morire, e fù aſſiſtente a darli li Santi Sagramenti del Viatico, & Vntione, li quali riceuè con grandiſſima deuozione, e vmiltà, e con azzioni notabili di Santità, e morì con notoria fama di quella, concorrendo prima, che moriſſe, e doppo morta gran numero di gente a vederla, e pigliare ſue Reliquie; Sino all'vltimo di ſua Vita ſempre ſtette, e dando buoni Conſigli a tutti quelli, che ſi trouorno preſenti gli domandauano la ſua benedizione, e dopo morta fù portata in Chieſa, e poſta all'Altar Maggiore il giorno di Mercordì alli* 17. *Aprile, che morì, ſino al Venerdì nella notte, che la ſeppellirno; e tutto queſto tempo concorſe gran numero di gente di tutti li ſtati, conuocati alla Santità della detta Serua di Dio, che ſi affogauano in Chieſa, procurando arriuare a baciarli le mani, e piedi, toccar Roſarij, e Medaglie con incredibile diuozione: Et il Corpo della detta Serua di Dio, il ſuo volto, e le ſue mani rimaſero tanto trattabili, con ſi bella fraganza, & odore, che arguiua, e daua ad intendere la ſua purità, e Santità* = Summar. pag. 345. §. 42., & ſeqq.

12 Teſtis CVII. ſupèr 22. articulo, dixit = *Che la ſua Paternità ſi trouò preſente a quello, che in eſſo ſi dice, e paſsò conforme qui ſi riferiſce &c.* = Summar. pag. 348. §. 64.

13 Teſtis CXXXV. ſupèr d. articulo dixit = *Che tutto il Contenuto in eſſo ſua Paternità lo vidde eſſere, e paſſare come quiui ſi riferiſce &c., e vidde il gran contento, che queſta Serua di Dio aueua, eſſendo vn male tanto penoſo quello, che patiua, e vidde entrare molte Perſone di tutte le qualità, che gli deſſe la ſua benedizione, e non laſciauano coſa, che foſſe ſua, portandola per Reliquia, tenendola, e ſtimandola ſanta, e ſimilmente vidde il gran concorſo di gente, che andò il tempo, che ſtette il ſuo Corpo ſcoperto nella Cappella maggiore del detto Conuento di Santa Barbara doppo la ſua morte, eſſendo tanto trattabile, come in vita*. Summar. pag. 349. §. 68., & 69.

14 Concordant alij Teſtes relati in d. Summar. plura mirabilia referentes, quæ obitum Seruæ Dei, eiuſque Sepulchrum fecerunt glorioſum, præcipuè Corpus ſuaui odore perfuſum, àc tractabile vſquè ad ſepulturam, ac ſi eſſet Seruæ Dei viuentis: Apparitiones eius poſt mortem: prodigioſum eiuſdem Corporis motum, vt ſe conſpiciendum præberet piæ mulieri, vt ibidem pag. 339. §. 5., 9., pag. 341. §. 30. 31., pag. 344. §. 40., pag. 345. § 46., pag. 346. §. 50. 52. 54., pag. 347. §. 56. 58., pag. 348. §. 6ſt. 65. 66. 67., pag. 349. §. 72.

15 Hæc omnia, quorum aliquot tantùm pretioſam oſtenderunt mortem pluriùm ex Dei ſeruis in Sanctorum Albo relatorum, in Animaduerſionibus

nedùm

nedùm amico ſilentio prætermittuntur; verùm etiam ſub d. §. 38. obijcitur, *nihil eorum præceſſiſſe, quæ felicem Seruorum Dei tranſitum illuſtrare maximè ſolent, veluti præuiſio, & prænunciatio ipſius mortis, & ſpecialioris quidam perfectiſſimæ in Deum Charitatis, aliarumque Virtutum actus verè heroici* = ſed percurrere ſufficiat noſtra acta, & cum illis conferre ea, quæ contigerunt in obitu Seruorum Dei deſumenda ex ſacris Hiſtorijs, Sanctorum Vitis, Canonizationum Bullis, & ex Opere ſeuerani Præsbyteri Congregationis Oratorij = *De pretioſa morte Sanctorum* = ac præſertim ex eruditiſſimè collectis in celeberrimo Opere Eminentiſſimi de Lambertinis de Seru. Dei Beatific. lib. 3. cap. 38., vt omnibus pateat, pleniſſimè Poſtulatores feciſſe ſatis in probandis circà mortem Mariannæ demandatis quo ad obitum Seruorum Dei, in Decretis Generalibus Vrbani VIII. ( , & ſi longè poſt illam editis), quæ nullos actus præſcribunt, probandos in ſpecie; ideo nihil facit in hac Cauſa defectus reuelationis diei mortis, cum nonnullis Sanctis à Deo, mortis dies reuelatus ſit, & alijs reuelatus non ſit; vt Idem Eminentiſſimus eruditè docet in *d. cap.* 38. *num.* 18.; Cum de cætero obitum præceſſerint & plures actus Charitatis in Deum, & Proximum; necnon Humalitatis, aliarumquè Virtutum, qui ex ſupradd., & ex *Summario* plenè probantur.

# INSPECTIO IV.

## De ijs, quæ Virtutibus Seruæ Dei obſtare objciuntur.

PRofitetur Reuerendiſſimus Dominus Promotor in *Animaduerſione* §. 39., quod quamquam defectus *Releuantiæ*, quos lato calamo hactenus expoſuit, *eſſe ſimul poſſint*, ſunt eius verba, *ſaltem vt plurimùm loco Obſtatiui; hìc tamen reliqua deducenda ſuperſint, quæ maiorem adhuc conſiderationem ſeorſim promereri videbantur in quolibet Vitæ ſtatu Seruæ Dei.*

Profitemur èt Nos, quod quemadmodum nullos omninò *Releuantiæ* defectus eſſe hactenus luculenter oſtendimus: ita quæ hìc deinceps adducet, quaſi quod virtutibus obſtent, virtutibus nequaquam obſtare non minùs dilucidè, quàm breui demonſtrabimus.

## *Animaduerſio I.*

IN acceſſu Seruæ Dei *con molta vergogna, ed oneſtà, ſerrati gl' occhi, ſenza veder coſa alcuna* ad obnubendum nudatum Genitorem, vt Animaduerſio inquit in §. 40. *Scrupulus in eo manet, quod id non probetur, niſi ex Dicto ipſius Seruę Dei; & quod eadem non reprehenderit Famulam, prout oportebat; nec aliunde probetur neceſſitas adeundi ad cooperiendum Patrem ob aſſertum periculum paruæ Sororis, vel Domeſticorum, quod ex Summario non ſatis apparet.*

# Reſponſio.

1 ACcceſſum Ven. Mariannæ ad obnubendum Genitorem nedum ab omni vitij vmbra vindicauimus, ſed multis modis maximè laudabilem oſtendimus in *Primis Reſponſion. à pag.85. ad pag.94.*

2 Scrupulus Animaduerſioni ſuperfuit, quod ipſa Dei Serua teſte, non alijs probetur *ſerrati gl' occhi ſenza veder coſa alcuna* Patrem nudatum ipſum operuiſſe. At, ſi Teſtes præſto fuiſſent, nudatumque illius Parentem à Filia *ſenza veder coſa alcuna* operiri vidiſſent, ſcrupulus Nobis potiùs ſupereſſe videretur, an fuiſſet adeò laudandus eiuſmodi acceſſus, quem nedum ex alijs, ſed ex hoc etiam laudandum demonſtrauimus; nimirùm propter reuerentiam Parenti in eo tegendo exhibitam, iuxta D. Ambroſium lib.I. *Officiorum cap.* 18., *& libro de Noè cap.* 31., & Liranum in Geneſ. *cap.*9. ſuper illo: *Sem, & Iaphet pallium impoſuerunt.* Etenim, vt ibidem Procopius Gazeus in nudatione Noè aduertit: *Dignum erat id factum pudore, & cautela, ne ad cæteros eius infamia dimanaret.* Cùm itaque Dei Serua Patrem texerit etiam propterea quia ne Genitorem nudatum alij vidiſſent, fruſtra Teſtes qui viderint ipſam *ſenza vedere coſa alcuna* Patrem texiſſe petuntur; cum Teſtes in eiuſmodi facto, ſumma digno cauthela adhiberi non poterant; imò idcircò etiam factum, nè infamiæ paternæ vllus vnquam omninò Teſtis fuiſſet.

3 Sed vt ad id, quod ex Dei Serua *con molta oneſtà ſerratigli occhi ſenza veder coſa alcuna* Patrem tectum ipſam iuiſſe probetur, propiùs accedamus: Aliud eſt aliquid virtuti obſtans Teſtibus, qui viderint probari; & quod obſtat, qualitates illius aliunde ex ore ipſius, qui fecit depromere, quominus poſſit obſtare: Aliud quippe eſt aliquid cum ſuis qualitatibus virtuti non obſtans ab eo qui fecit narrari, & quod non obſtat, qualitates quibus cum factum narretur ſcindere, vt illis deſtitutum virtuti poſſit obſtare. *Captioſa eſt argumentatio, cum qualitas ſcinditur, ex qua res accipit formam*, vt ad rem inquit, & doctè probat Raynaldus *tom.*3. *obſeruat. ad cap.* 34. *ſupplet.*6. *ſub num.*108.

4 Vtrum horum, primumne, an alterum rei noſtræ aptiùs quadret, & facili quiſque percipiet. Non factum virtutibus oppoſitum probatur, & quominus obſtet, excuſationem ex ore illius, qui fecit deſumimus: in quo cæteroquin cum de tanta Dei Serua ageretur, quoties ipſa, *e quanti altri Vomini di notoria ſantità*, vt Danielis Bartoli in Vita Cardin. Bellarmini lib.2. cap.13. verba vſurpemus, *l'hanno manifeſtato... ſarebbe temerità il penſarne altro*. Sed factum cum ſuis qualitatibus narratur; & eius Directori Spirituali *domandandogliele alcune coſe per gloria di Dio come ſuo Confeſſore*: interroganti Serua Dei obedientiæ vi coacta reſpondit: quod *andò con molta vergogna, ed oneſtà ſerrati gli occhi ſenza veder coſa alcuna*. Quam quidem reſponſionem, ſi vt virtutibus obſtare videatur; ſcindere velimus, retinendo acceſſum, non qualitates acceſſus; ſcrupulus ille, quem Animaduerſio refert, non ampliùs reſidet in reſponſione Dei Seruæ, ſed certè in reſponſione noſtra, qui ſine qualitatibus acceſſum retinendo, reſponſionemque ſcindendo, reſponſionem longe diuerſam ab illa Mariannæ nos ipſi confingimus, vt ità obſtare videatur virtuti, cui Dei Seruæ reſponſio non obſtat. Itaut eadem Nobis obijcere meritò poſſet illud Raynaldi loc. citat: = *Si ſcindis procul dubio corrumpis, atque inuertis in id, quod non reſpondi, & magis eſt tua reſponſio, quàm mea.*

5 *Cum itaque*, vt idem proſequitur, *cauſa, & fundamentum accuſationis ſolum ſit delictum, & reſponſio dicit non delictum, quomodo ex ea quiſpiam*

*valet*

*valet quid decerpere, quod ſit delictum non video: Totam ergo reſponſionem; aut recipiat, neceſſe eſt, aut reijciat.* Recipiatur ergo tota, aut tota reijciatur reſponſio; non ſcindantur ergo qualitates, prout totam recipi, aut reijci, qualitateſque ſcindi non poſſe iura volunt: Et procul omni dubio hunc ſibi ſcrupulum, qui ſe qualitates ſcindentem ſtimulat, quiſque ex animo facilè euellet.

6 At vno avulſo, ſubit alius ſcrupulus, quod Marianna non corripuerit ancillam. Scrupulus iſte acceſſum Dei Seruæ ad operiendum Genitorem non tangit: tangit charitatem erga Proximum. Si tanta quanta poſſit eſſe maxima erga Proximum charitate Dei Seruam Teſtibus innumeris heroicè excelluiſſe probauimus; quid quare ab illa defeciſſe ſine Teſte iudicetur? Rectè Auctor *de Interior. Domo, cap.25.* inter Opera D. Bernardi: *Ante proba, & ſic iudica. Non enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur reus eſt.* Teſtimonium ergo Animaduerſio afferat, quo non corripuiſſe probetur: teſtimonium quod corripuerit nos afferre non poſſumus. Num quid nos ſcrupuloſæ Animaduerſioni ſcrupulum minimum vt euellamus, maximum in eam ſcrupulum ingeremus? Domino apud Matt.XVIII. præcipiente = *Corripe eum inter Te, & ipſum ſolum.* Si ergò inter ſe, & famulam ſolam ſine Teſtibus debebat Ven. Marianna corripere, quorſum Teſtes de correptione euangelica adducere; cum Teſtibus corripere non ſit corripere illud, ad quod tenemur Teſte Euangelio, quod Fratrnm ſine Teſtibus Fratrem corripere iubet?

7 Sed ſi narrationem, quæ ſcrupulum iniecit referre non pigeat, luculentiùs ſcrupulum correptionis, qui Animaduerſionem pungit, ceſſare quiſque perſpiciet. *Domandandogliele Io alcune coſe per gloria di Dio come ſuo Confeſſore &c.* (ſunt verba Directoris Spiritus Seruæ Dei in Proceſſ.fol.593.) *metterò qui vna coſa per la quale ſi vedrà, quanto da bambina cominciò Noſtro Signore a far grazia a queſta ſua Serua particolarmente nell' eſſere oneſta, e vergognoſa*: id eſt; narrat nudationem Genitoris, vt ex Summario pagin.198. §. 39. concludens: *Vi andò con molta vergogna, ed oneſtà, ſerrati gl'occhi lo coperſe con molto ſilenzio ſenza veder coſa alcuna. Hò raccontato queſto, e riferitolo così, perche lo trouo molto laudato dal S.Patriarca Noè, che li paſsò, ed occorſe il medeſimo &c. come ſi racconta nel libro della Geneſi. Molte coſe ſi potriano mettere quì della ſua grandiſſima oneſtà, e ritiratezza ne ſuoi occhi.*

8 En Directorum idcircò correptionem non referre propterea quia hìc de Dei Serua *particolarmente nell'eſſere oneſta, e vergognoſa* narrare: *quì della ſua grandiſſima oneſtà, e ritiratezza ne ſuoi occhi* verba facere profitetur. Proindeque, prætermiſſa tamquam extra rem, de qua agere profitebatur, correptione, de qua non agebat, puritatem oculorumque modeſtiam, de quibus agebat, oſtendens, Genitorem nudatum Filiam *con molta vergogna, ed oneſtà, ſerrati gli occhi ſenza veder coſa alcuna* tectum iuiſſe in medium afferret. Nec ſine cauſa addit: *Hò raccontato queſto, e riferitolo COSI'*: vt nempè oſtendat, quod quia *COME leggeſi nella Geneſi* laudatur à Noè, in qua quemadmodum prætermiſſa Semi ac Iapheti correptione in impium Cham, refertur tantum, quod Cham viderit Noè nudatum, nunciaueritque Fratribus, qui eum operuerint, nec viderint: ita pariter ipſe prætermiſſa correptione in Famulam referat illud tantùm (*come leggeſi nella Geneſi*) quod Famula viderit Ludouicum nudatum, nunciaueritque Filiæ, quæ *vi andò con molta vergogna, ed oneſtà, ſerrati gli occhi lo coperſe con molto ſilenzio ſenza veder coſa alcuna.*

9 Eiuſmodi acceſſum, quem in primis noſtris *Reſponſ. pag. 85., & ſeqq.* ſuis veſtitum circumſtantijs laudabilem ex triplici demonſtrauimus capite, cum

cum Ven. Marianna maximum erga Genitorem exhibuerit pietatis officium; mirabile erga ſeipſam expreſſerit puritatis tuendæ ſtudium; atque eximium præcipuè ergà Sororem oſtenderit charitatis effectum: eiuſmodi acceſſum, inquam, tripliciter laudabilem Animaduerſio cum non amplius carpere poſſet, illud tamen animaduertere non omittit, quod fortaſſe videri non poſſit laudabilis ob officia puritatis ſeruandæ Sororem præſertim exhibita, ne Genitoris nudatio offendiculum, atque illius puritatis adumbrandæ præbuiſſet occaſionem, quia, vt Animaduerſio inquit, *aſſertum periculum paruæ Sororis, ac Domeſticorum* ex Summario *non ſatis apparet*.

30 Satis ſuperque hoc etiam ex *Summario* apparet. Ludouicus enim Nauarrus pauper alutarius anguſtam habitans domum nedum aliam Filiam natu minorem, verum & adoleſcentulos domi habebat, ad quos infamia propterea dimanare facilè poterat. Adoleſcentulos domi habuiſſe, quos pelles concinnare docebat, videre licet in *Summario* pag. 18. §. 11. *la detta Serua di Dio il Teſtimonio conobbe da che ſi puol ricordare, perche &c. ſi alleuorno inſieme, ed il Teſtimonio lauorò molto tempo per lauorante in Caſa di detto Ludouico*, & pag. 26. §. 30. *L'inteſe dire dalli ſuoi Garzoni, ch'erano ſtati Garzoni di Ludouico Nauarro Padre della Serua di Dio come la ſopradetta da bambina &c.*; & pag. 29. §. 52. *Entrando qualſiuoglia Seruitore ad imparare in Caſa del detto Ludouico &c. ſubito* (Serua Dei) *li pigliaua à ſuo carico admonendoli, che ſeruiſſero Dio*: & alibi ſæpè ſæpiùs, præſertim *in num.* 4.

31 Duas Filias habuiſſe (non dicimus hìc de liberis ex Hieronyma Pineda ſuſceptis in ſecundis nuptijs) Mariannam ſcilicet & Iuſtam, quas ediderat Ioanna Romero quæ prædeceſſerat, conſtat ex *Summario* pag. 29. §. 48. = *Inteſe dire da Giuſta Romero Sorella della detta Serua di Dio il gran riſguardo, con che ſi era alleuata nella ſua giouentù, e la fama laudabile, che da molto piccola aueua*: & pag. 27. §. 38.; *nec* non ex Primis Adimaduerſionibus pagin. 13. §. 23. *Stando vna ſua Sorella molto inferma, le diſpiaceua aſſai* (Dei Seruæ) *per eſſer molto virtuoſa, e del ſuo ſtato di Zitella*. Ac Ven. Mariannam natu maiorem, Iuſtam natu minorem fuiſſe apparet ex Proceſſu Apoſtolico fol. 569. vbi Dei Serua fatetur: *Li miei Padri, e Parenti meſſero gran cura, e diligenza &c. per eſſere Io la maggiore*. In anguſta igitur domo pauperis Alutarij aderant Adoleſcentuli, aderat Ven. Mariannæ Soror minor; quibus nudatus Magiſter, & Pater offendiculum præbere facillimè poterat; ad quos nudati Magiſtri, & Genitoris infamia poterat facillimè dimanare.

## *Animaduerſio II.*

PRæmiſſis *domeſticis turbationibus*, alijſque in præcedenti Inſpectione deductis, *quæ Prudentiæ aduerſari poſſe videntur*; *præterea* inquit Animaduerſio in §. 41. *ordinatæ charitati in Proximum congruere non apparet, quod cum Serua Dei paſſim alijs per eleemoſynarum ſubſidia bene faceret, id tamen nunquam præſtiterit prò coniunctis pauperibus*, vt teſtatur eius conſanguineus Summar. pagin. 86. §. 19., & confirmat Teſtis CLXXX. Summario pagin. 87. §. 21. Quod *nedum alibi dictam ſuſpicionem confirmat, quod ob domeſticas turbationes auerſum fortaſſe animum gereret à ſuis conſanguineis, ſed etiam ordinatæ charitati non conuenit*, dicente Apoſtolo: *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infedeli deterior*. 1. ad Timot. 5.

# *Reſponſio :*

1 PRætermiſſis domeſticis turbationibus, de quibus ſatis, nimiumque in *præcedenti Inſpectione* Teſtis CLXXX., quem Animaduerſio contra Dei Seruæ Charitatem adducit, de Serua Dei refert, quod *mai domandò niente a neſſun Signore per Parenti ſuoi, che ancora dopo la ſua morte è venuto a notizia di ſua Eccellenza, che aueria Sorelle pouere* : rationemque, quam Animaduerſio reticet, ſubiungens Teſtis proſequitur : *perche tutto il ſuo affetto, e deſiderio metteua nelle coſe celeſtiali per ſe, e per tutte le perſone che voleua bene*. Teſtis ergò tantùm abeſt, quod Ven. Mariannæ charitatem erga Coniunctos turbet propterea quia nunquam *per Parenti ſuoi* temporalia petiit, vt potiùs veram, ſinceramque illius charitatem planè demonſtret; cum Mariannam Apoſtoli præcepto imbutam ad Coloſſ. 3. dicentis : *quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram* : terrena ergò deſpicientem æquè *per ſe, ac per tutte le perſone, che voleua bene* omnem affectum, deſideriumque *nelle coſe celeſtiali* poſuiſſe teſtatur. Itaque *ſi finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*, vt inquit Apoſtolus 1. ad Timot. 1., & Ven. Marianna ſuorum Coniunctorum bonum æquè vt ſuum omninò dilexit; Charitatem, quam prodit Apoſtolus habuiſſe quis vnquam inficias iuerit? Etenim, vt aduertit allegat. Auctor de Interior. Dom. = *Illa vera, & ſincera eſt Charitas, & omnino de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta fatenda eſt procedere, qua Proximi bonum æquè, vt noſtrum diligimus*.

2 Atqui dicet Animaduerſio : rectè quidem hæc omnia; ſed coniunctis pauperibus cœleſtia, quæ dare non poſſumus, petere; ac temporalia, quæ poſſumus dare, prætermittere à vera charitate diſſentit, quæ vbi opera exigitur, deſiderio iuuare velle prorſus ignorat.

3 Rectiſſimè quippè Animaduerſio; ſed id quod dicit à vera narratione Teſtis CLXXX. diſſentit, qui refert quidem quod Marianna, quia omninò cęleſtibus inhiabat *per ſe, e per tutte le perſone, che voleua bene*, idcircò *domandò niente a neſſun Signore per Parenti ſuoi* : ſed certè Teſtis non addit *paupertatis* adiunctum, quod Animaduerſio Teſtem adiunxiſſe ſupponit, qui reverà *per Parenti ſuoi* tantummodò dicit. Neque obſtat, quod Teſtis proſequitur non de petitione, quam Serua Dei non fecit, ſed de propria notione, quam ipſe Teſtis poſt obitum Ven. Mariannæ habuit, referens, quod *dopo la ſua morte è venuto a notizia di Sua Eccellenza, che aueria Sorelle pouere*. Etenim aliud eſt innotuiſſe Teſti Pauperes Sorores Dei Seruæ, quod dicit : aliud pro Pauperibus Sororibus Ven. Mariannam non petiiſſe, quod Teſtis non dicit.

4 Marianna enim Coniunctis cęleſtia, pauperibus Sororibus etiam temporalia certè quæſiuit : quibus *Sororibus* quia non tamquam *Sororibus*, ſed tamquam *Pauperibus* eleemoſynam ſuppeditare debebat, rectè Teſtis dicit, quod *mai domandò per Parenti*, quibus tamquam *Parenti* non temporalia, ſed cęleſtia petiit. Verùm enim verò Dei Serua pro Pauperibus petendo, pro quibus petiiſſe pleniſſimè conſtat, etiam pro Sororibus, quibus non niſi tanquam Pauperibus dare poterat, petiiſſe vnuſquiſque ſatis intelliget. Quid igitur quare *per Parenti ſuoi* temporalia non quærere ad Pauperes coniunctos extendi prætenditur, vt Ven. Mariannæ vitio detur non ſubueniſſe Coniunctis egenis, quibus quod dare renuerit, probari priùs neceſſe eſt Pauperibus quod dare noluerit, quod Animaduerſio nequaquam efficere poterit, cum contrarium *ex Summario* dilucidiſſimè appareat? Vtque breui concludamus : *Per Parenti* temporalia non petiit.

tiit. Sed pro Pauperibus temporalia etiam quærendo, vti re vera quæſiuit, pro Sororibus ergò Pauperibus etiam quæſiuiſſe fatendum eſt.

5 Sed ſi noſtra eiuſmodi genuina interpretatio Animaduerſioni fortaſsè minimè arrideat, patientem teſtimonio ipſius Sororis Animaduerſio parumper accomodet aurem: *colla Teſtimonia vsò gran carità, e miſericordia, e la rimediò in alcune neceſſità non COME SORELLA, ma COME A POVERA*. Proceſſ. Apoſtol. fol. 517.

6 Aliud ſupereſt teſtimonium illius Conſanguinei Dei Seruæ, quem ex *Sum. pag. 86. §. 19.* Animaduerſio refert dicentem = *Li ſuoi Amici mormorauano, perche la detta Serua di Dio non ſoccorreua, & aiutaua il Teſtimonio, auendo* ( eadem Serua Dei ) *tanto credito nella Corte; & eſſendo così, che per caſo di fortuna il Teſtimonio venne a perdere la robba, che aueua, e vederſi molto pouero, ad ogni modo la Serua di Dio non lo ſoccorreua &c. e lamentandoſi con lei, come la carità non l'obligaua a rimediare li Fratelli, e Nipoti biſognoſi, ſi ſcuſaua ſempre, e fuggiua di ſoccorrerlo &c.*

7 Propoſito ſibi fortaſſis illo Sapientis Prouerb. 4. *ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram* = Animaduerſio omiſſis viis dextera, ac ſiniſtra eiuſdem Teſtis, rectè medium Teſtimonii retinens Charitatem Ven. Mariannæ turbat, quod erga Conſanguineum ſe geſſit contra Apoſtoli præceptum dicentis; *ſi quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior*. Scilicet non diffitemur illud: *medio tutiſſimus ibis*; ſed hìc tantùm, quia *vias quæ à dextris ſunt nouit Dominus: peruerſæ verò ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt*, vt ibidem Sapiens dicit: hìc tantùm, inquam, vias dexteram ſiniſtramque Teſtis oſtendere cogimur, vt, quam Animaduerſio turbat, Charitas Dei Seruæ in via illius ſiniſtra, in via illius dextera itidem oſtendatur.

8 Refert loco citat. Teſtis: *La fama, che aueua* ( Serua Dei ) *preſſo tutti &c. e l'entratura, che venne ad auere colle Perſone graui di tutta queſta Corte era tanto grande, che il Teſtimonio ſperaua accreſcimenti per il parentado, e li ſuoi Amici* ( omiſſa eiuſmodi via deſideriorum Teſtis, quæ à ſiniſtris erat, ab obtrectatione exorditur Animaduerſio ) *li ſuoi Amici*, ergo, *mormorauano perche la detta Serua di Dio non ſoccorreua, ed aiutaua il Teſtimonio auendo tanto credito nella Corte*. Ecce in quo obtrectatio cadit, quod nempe Dei Serua, quæ, vt diximus, vtque ipſa tenebatur, *tutto il ſuo affetto, e deſiderio metteua nelle coſe celeſtiali per ſe, e per tutte le perſone che voleua bene*, arridere noluerit Conſanguineo non quidem cæleſtibus, ſed *accreſcimenti per il parentado* inhianti.

9 Cum id profectò inficiari Animaduerſio nequeat, vrget nihilominus dicens, Teſtem etiam referre: *che per caſo di fortuna il Teſtimonio venne a perdere la roba, che aueua, e vederſi molto pouero, ad ogni modo la Serua di Dio non lo ſoccorreua*: ac propterea pauperrimo Conſanguineo temporalia quærenti Dei Seruam non ſuppeditauiſſe à vera Charitate longè aberrare.

10 E contrario longè planè à Charitate aberraret, ſi Conſanguineo viam, quæ à dextris eſt ( ad quam ritè medium tenens declinare noluit Animaduerſio ) currenti nec temporalia, ſed cæleſtia quærenti Dei Serua non cæleſtia, ſed temporalia ſuppeditauiſſet. Quæſiuit pauper Conſanguineus temporalia donec viam, quæ à ſiniſtris erat, cucurrit; atque idcirco quæſiuit, vt curſum eiuſmodi viæ conſummare pergiſſet: ſed Dei Serua, vt Conſanguineus auertiſſet retrorſum, nedum temporalia non dedit, imò etiam temporalia, quæ Conſanguineus habebat, quæque ipſum in eiuſmodi via irretitum tenebant, ne retrorſum auertere potuiſſet, Deus vt abſtuliſſet eadem Dei Serua interceſſit. Temporalibus ita orbato Conſanguineo viam à dex-

à dextris ingreſſo non temporalia ampliùs quærenti, non temporalia, ne ab eiuſmodi via declniauiſſet, Dei Serua diſtribuit; Sed vt eandem viam ille currens perſeueranter conſummauiſſet curſum, cęleſtia petiit: atque ita veræ, ſinceræque Conſanguineo exhibuit charitatis effectum, quem Apoſtolus erga ſuos maximè domeſticos, vt Animaduerſio dicit, exhiberi præcepit.

11 At quæret fortaſsè quiſpiam, quomodonam probentur hæc omnia? Vt hæc omnia ita ſe habere, vti expoſuimus, probemus, non alius nobis, niſi improbus labor tranſcribendi, non alius iſti quærenti ſupereſt, quàm improbus labor legendi id quod Teſtis idem d. Sum. pag. 87. in initio proſequitur dicens, quod Serua Dei *gli riſpoſe: Fratello à che effetto vuoi la roba, che io ti confeſſo, che ſono ſtato parte con Dio, acciocche te la leui, perche tu non lo ſeruiui con quella, e te n'andaui all'inferno; ed il Teſtimonio intenerito di ſentir queſto, e quaſi ſudando, conoſcendo ch'era la verità, li diſſe, che lo raccomandaſſe a Dio, perche in fatto di verità quando aueua la roba, conoſce, che la ſpregaua ne giochi, e nelle vanità: con che conoſce, che non ſeruiua Iddio, e l'eſperienza l'inſegna queſta verità; e giacche dalla Sorella non ereditò roba, ereditò gran conformità, e gran conſolazione che ha di non auerla; e viue molto più conſolato, che quando l'aueua.*

# *Animaduerſio III.*

VIrum grauem coram alio contra monitum apud *Matt.* 18. Dei Serua corripuit detegendo illius mendacium (vt Animaduerſio dicit in §. 42.); itaut eo contriſtato, eadem *rimaſe in diſgrazia della tal perſona*: ex cuiuſmodi detectione periculum aliquod amiſſionis officii, quod conſecutus fuerat, & diminutionis exiſtimationis procedere fortaſſe poterat. Nec Poſtulatorum Reſponſiones, quod non ipſa Dei Serua mendacium detexerit, ſed ipſemet mendacii Auctor ſeſe palam coram illo prodiderit ſatisfacere videntur, cum id ex contextu Teſtimonii relati in Summario *pagin.* 163. §. 9. non appareat.

# *Reſponſio.*

1 SEruam Dei, quæ ſingulari ſtudio ſatagebat, *che non ſi diceſſero li loro difetti, e ſe taluolta le raccontauano qualche coſa di mancamento del Proſſimo acciò lo raccomandaſſe à Dio riprendeua ſeueramente dicendo, che non li diceſſero li difetti* (Summario pagin. 150. §. 8.) Seruam Dei, à qua *mai li ſentì dire il difetto di alcuno, e ſempre vidde euitare, che altri lo diceſſero* (Summario pagin. 151. §. 11.) Seruam Dei, quæ *non gli lo permetteua, anzi la riprendeua ſeueramente, che diceſſe parole contro di alcuno* (citat. pagin. 151. §. 13.): Seruam Dei quæ planè abhorrebat, *che ſi mormoraſſe di alcuno in ſua preſenza*, imò adeo intus in tegendis Proximi defectibus Charitatis igne ergà eum flagrabat, vt vel foras radiis erumpentibus *dal ſolo mirare il volto a queſta Serua di Dio ſi ſaria compoſto il maggior mormoratore* (Summario pagin. 152. §. 19.) Seruam Dei, quæ *di tutti diceua bene, nè in ſua preſenza vi ſaria ſtata perſona tanto ardita, che apriſſe la bocca* aduersùs proximum ſuum (Summar. pagin. 153. §. 21.) Seruam Dei, quæ *ſcuſaua li ſuoi Proſſimi in tutto quanto poteua, e lodaua quel-*

*quello vi era di lode in loro, e non conſentiua, che in ſua preſenza ſi parlaſſe di alcuno* ( citat. pagin. . §. 25. [ Seruam Dei, quæ nedum ipſa ſecundùm charitatem defectus Proximi maximoperè texit, ſed, vt cæteri etiam texiſſent, alios hortando, alios monendo, alios reprehendendo ſemper effecit : eiuſmodi Seruam Dei, inquam, contra Charitatem mendacium Viri grauis palàm detexiſſe Animaduerſio dicit.

2 Atque ad probandum quod dicit, teſtimonium Joannis Maſcon, qui hoc non dicit, in medium profert. Eques iſte Valentinus, vt ex *Proceſſu Apoſtolico fol.* 2084. *à tergo* de Charitate Seruæ Dei erga Proximum loquens dicit : *li ſuoi raggionamenti l'indrizzaua all'onor di Dio, e bene de ſuoi Proſſimi, e non a mormurar di loro, nè acconſentiua, che in ſua preſenza ſi diceſſe male*. Tranſiens deinde Teſtis ad id quod Dei Serua peccata etiam leuia horrebat, dicit in dicto *Proceſſu fol.* 2085., vt refertur in *Summario pagin.* 163. §. 9., quod ipſe *ſi ricorda in particolare, che auendo vna Perſona graue ottenuto vn Offizio di molta conſiderazione, e per queſto fine valutoſi in certa occaſione di dire vna bugia veniale* : Serua Dei hoc audiens nedum mendacium horruit, ſed eum etiam, qui mendacium dixerat, corripuit.

3 Tertio dicit quidem, quod Vir grauis obtinuit *vn Officio di molta conſiderazione*, atque illius conſequendi gratia dixerit *vna bugia veniale*; non autem quod Dei Serua detexerit mendacium : neque omninò eſt qui non intelligere poſſit, aliud eſſe Teſtem dicere V. Mariannam detexiſſe mendacium occultum ; quod nequaquam Teſtis dicit, nec dicere poteſt, cum veritatis Sacramento dicat : *che li ſuoi ragionamenti l'indrizzaua al bene de ſuoi proſſimi, e non a mormorar di loro*; imo etiam abhorrebat, *che in ſua preſenza* ab aliis *ſi diceſſe male* : longè aliud eſſe Teſtem dicere ſcire Virum grauem aſſequendi gratia munus dixiſſe *vna bugia veniale*; quod tantummodo Teſtis apertiſſimè dicit.

4 Vtque clarius res percipi poſſit : Tres vna ſimul erant, Vir ille grauis, Dei Serua, atque iſte Teſtis. De ſeipſo Teſtis dicit : *ſi ricorda*, quod Vir grauis adeptus fuit *vn Officio di molta conſiderazione, e per queſto fine* mendacium protulit : mendacium quod ipſi Teſti non ignotum, ſed ſatis notum non per Dei Seruam, ſed per ipſum Virum grauem, qui mendacium dixerat, Teſtis ipſe ſatis oſtendit, non dicens ſe recordari à Dei Serua audiuiſſe, quod Vir grauis mendacium dixerat, ſed aſſeueranter dicens recordari Virum grauem dixiſſe mendacium; ac proinde non de auditu alieno à Serua Dei, ſed de auditu proprio ab ipſo Viro graui *ſic aſſertiuè* loquens deponere de iure intelligitur, Felin. *in cap. tertio loco numer.* 4. *de Probation.*, Farinacc. *de Teſtib. quæſtion.* 70. *num.* 154., Pax Jordan. *lib.* 14 *tit.* 18. *num.* 986.

5 Quid Vir ille grauis dixerit, qui mendacium dixerat non à longe petendum eſt, cum ex reſponſione ad id, quod ille dixit, in qua de jure ineſſe cenſetur quicquid quiſque proponit, & quæ de jure menti proponentis intelligitur congruere ſecundùm *Text. in Leg. ſi defenſor* §. *Interrogatus* ibi = *Magis eum puto ad interrogatum reſpondiſſe* = *ff. de interrog. action.* Antonium Fabrum *in Ration. Pandect. in cit.* §. ibi = *Credendus eſt quilibet reſpondiſſe ad mentem interrogantis leg. Titia* 134. §. *Idem reſpondit de verb. oblig.* cum ex reſponſione, inquam, ad id quod ille dixit ſatis appareat, quod ſe quodammodo iactans lætumque putans palàm fecit, ipſum obtinendi gratià *vn officio di molta conſiderazione, per queſto fine* non aliquod grauiſſimum mendacium, ſed *vna bugia veniale* dixiſſe, *che la giudicaua piccola*, ac propterea non dubitabat *che li aueſſe à ſuccedere bene in quell'offizio*. Cui talia dicenti eidem coram eodem Teſte quid Serua

ua Dei reſponderit, ecce: *che come penſaua che li queſſe da ſuccedere bene in quell'offizio, eſſendo acquiſtato con offeſa di Dio, poiche ſe bene la giudicaua piccola, tutte erano grandi negli occhi ſuoi, e che non ſi doueuano fare ancorche fuſſe ſtato per eſſere Padroni del Mondo?* Ad id ergo quod Vir ille propoſuerat, tunc cum mendacium ſe dixiſſe palàm fecit, incontinenti Dei Serua mendacium horrendo reſpondit, atque vt par erat mendacij reprehendit auctorem.

6 Teſtimonio itaque, quod Animaduerſio adducit, non minus diligenter quàm veraciter hunc in modum attento: Eorum trium, qui ſimul erant, Teſtis, Dei Serua, vir grauis, quis ergo quæſumus mendacium detexerit? Quiſquis diſputationum exercitationes Scholis relinquere, ac rem ipſam re ipsâ penſare velit, Auctorem, qui mendacium dixerat, mendacium detexiſſe cogitur reſpondere. Excœcatis enim eius oculis mentis à Deo huius ſeculi propter honorem, ac lucrum, de quibus Apoſtolus in 2. ad Corinth. 4. = *Deus huius ſeculi excæcauit mentes*: quod à lapide exponit: *Deus huius ſeculi, id eſt, ſecularium, qui temporalia, & caduca præferunt cæleſtibus*: excœcatis ergò eius oculis, quaſi magnum quid feciſſe arbitrans, quod prò re temporali, quam *di molta conſiderazione* putabat, mendacium *che giudicaua piccolo* dixerat, ſpontè mendacium ſe dixiſſe palàm fecit, quaſi laudem captare ſibi propterea blandiens. Et quia non erubuit palàm jactare, dixiſſe mendacium leue prò re magna, quod minimè licuit: meruit palàm audire prò rè minima maximum dixiſſe mendacium; id quod Viro graui, qui à grauitate degenerauerat, mendacij auctori minimè placuit; cum reprehenſionem inde, vnde laudationem haurire credidit, jure merito reportauit. Et Serua Dei, quæ *manifeſtò quanto aborriua il peccato*, vt Teſtis dicit *rimaſe in diſgrazia della tal perſona*, non propterea quod eadem mendacium detexerit occultum, vt Animaduerſio dicit: ſed, vt Teſtis ſubiungit *per auerli parlato con tanta riſoluzione*, cum corripiendo; non ei adulando; præ oculis habens illud *væ* Ezechielis 13. 18. *Væ quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite*. Nam vt XVIII. *Moral.* 4. D. Gregorius dicit; *Quiſquis malè agentibus adulatur, puluillum ſub capite vel cubito jacentis ponit; vt qui corripi ex culpa debuerat, in eo fultus laudibus molliter quieſcat.*

# Animaduerſio IV.

DIſplicet Animaduerſioni *in* §. 43. Seruam Dei paſſam fuiſſe, vt ex *Summario pagin.* 215. §. 58., remedij loco adhiberi *panni molli in acqua benedetta*; atque à Domino petijſſe *di mitigarle quel dolore*. Quorum primum contra Eccleſiaſticum Inſtitutum cum aqua benedicta *ad vſum ſpiritualem*, ſunt eius verba, *fuerit ab Eccleſia inſtituta, & non pro remedio corporalium infirmitatum, vt liquet ex Rituali Romano*. Alterum dicit non benè congruere *cum heroica fortitudine, cuius eſt potius patientèr tolerare, & pati cupere*; vnde illud D. Thereſiæ = *aut pati, aut mori* = & illud D. Mariæ Magdalenæ de Pazzis = *non mori, ſed pati*: & D. Auguſtini = *auge dolorem adauge patientiam*; atque Apoſtoli = *libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c.*



Reſpon-

# *Reſponſio.*

1 QVàm libentiſſimè Ven. Marianna in infirmitatibus ſuis gloriata fuerit: quàm libentiſſimè infirmitates, aduerſitates paſſa fuerit ſumma, incredibilique cum animi hilaritate, ac jucunditate, & quàm libertiſſimè maiora pati cupierit, hic non eſt recenſere; cum *ex Summario*, & ijs quæ ſupra diximus ſatis ſuperque conſtat. Vnde vt ad rem noſtram propiùs accedamus, refert Director Spiritus Seruæ Dei *in citat. pagin.* 215. §. 58. quod eidem Seruæ Dei *nel decorſo di queſt'infermità gli venne da vna banda delle ſpalle vn dolore tanto terribile, e tanto focoſo, che ſecondo vedeuamo &c. daua ſegni di eſſere veemente, ed in gran modo ſtraordinario, tanto che gli metteuamo panni molli in acqua benedetta, e molto continuamente ſenza poterſeli mitigare &c. ſtando in queſto modo, per il dolore diceua alcune tenerezze à noſtro Signore domandandoli, che piaceſſe à Sua Maeſtà di mitigarli quel dolore, e fuoco.*

2 Serua Dei igitur correpta dolore *tanto, terribile tanto focoſo, veemente, ed in gran modo ſtraordinario*, vt ei ferendo impar dicens *alcune tenerezze à Noſtro Signore*, coacta fuit petere *di mitigarle quel dolore*, quaſi cum Pſalmiſta clamans. *Remitte mihi, vt refrigerer.* Pſal. 38. Quod Fortitudini minimè aduerſatur; cum hunc in modum non per animi impatientiam, non per deſperationem, diſſolutionemque, ſed per doloris vehementiam vires re quidem ipſa, non deſperata imaginatione, noſtras excedentem, petimus, vt doloris vim Deus tamquam Pater noſter amans remittat. En Heroem fortiſſimum doloribus conſtrictum clamantem: *Vſquequò non parcis mihi nec dimittis me?* (Iob. VII. 19.) Quod Pineda in Commentarijs ex ponens, ex perſona Iobi, *Dimitte me*, inquit, *remitte vincula, laxa dolores, diſſolue funiculos cruciatuum* (*no me apretèys tanto los cordeles*) Numquid ergò propterea juxta Animaduerſionem non fortis fortiſſimus Iob.? Eiuſmodi Animaduerſioni planè occurrens idem Auctor rectè cum S. Scriptura diſtinguendo inter remiſſionem dolentis, & remiſſionem per impatientiam diſſoluti docet inquiens; *Sed non ideo mollis & diſſolutus eſt Vir patientiſſimus in opere ſuo, neque ipſe ſibi vincula, atque dolores tentat remittere per animi impatientiam; ſed à Deo remitti, & laxari poſtulat: quod Dolentis tantùm eſt non Diſſoluti. nàm de Impatiente dictum eſt: Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua: Prouerb. XXIV.* 10.

3 Cruciatuum itidem incendio *tanto focoſo, ed in gran modo ſtraordinario* Ven. Marianna æſtuans, ei ferendo impar, refrigerari dum quærit, à fortitudine non vtique idcirco diſcedit. Etiam Magdalena, quam ſupra in fortitudinis exemplar Animaduerſio adduxit de Carmelo clamantem = *non mori ſed pati* = cum Diuini ignis æſtum pateretur vehementem (vt in *Breuiar. Roman. ad diem* 25. *Maij Lect. V.* videre licet) *ei ferendo impar, ingeſta aqua pectus refrigerare cogebatur* = Refrigerari ergò aqua quærebat fortis illa, quæ non mori, ſed pati clamabat, dum ſummo eiuſmodi ignis æſtu feruebat.

4 At dicet Animaduerſio: nihil mali inerat in refrigeratione, quam Magdalena quærebat, ſecus autem in refrigeratione noſtræ Dei Seruæ, cum æſtum illa refrigerare aqua, æſtum hæc aqua benedicta refrigerari curabat quod inſtituto Eccleſiæ aduerſatur *juxtà Ritualem Romanum.*

5 Piorum Chriſtianorum nemo quidquam attingit, niſi benedictione præmiſſa, quod ſecundùm vetuſtiſſimum Eccleſiæ morem eſſe nemo Chriſtianorum pariter dubitat; & videre licet apud Gretſerum *de Benedictionibus*, & in Tractat. *de Cruce*. Quidni ergo Magdalena aquam, qua refrigerari petebat, benedictione præuià non conſignauerit? Equidem Crucis ſignaculo aquam priùs Magdalenam itidem muniuiſſe nos credimus: nec niſi piè factum credimus Mariannæ æſtu laboranti aquam benedictione pariter conſignatam applicuiſſe. Nuſquam enim legit Animaduerſio quod erat aqua *luſtralis*, quam fuiſſe ipſa ſupponit, quamque ſi nos inficiaremur, ab omni obiectione facilè nos ipſos expediremus, cum aquam *piacularem* fuiſſe Animaduerſio probare non poſſet.

6 Verùm eſto *Luſtralis*: ſperamus tamen ex hoc ipſo non eſſe obſcurum, quod Eccleſiæ inſtituto non modo non aduerſatur, ſed omni ex parte etiam conueniat. Dicit enim Animaduerſio quod *hæc fuerit inſtituta ab Eccleſia ad vſum ſpiritualem, & non prò remedio corporalium infirmitatum, vt liquet ex Rituale Romano*. At verò dicit Sancta Mater Eccleſia, quòd etiam inſtituta ſit ad corporis ſanitatem, atque ad morbos pellendos, dùm in ejus benedictione Deum orat dicens: *Benedicere, & Sanctificare tua pietate digneris, vt ſit omnibus ſumentibus SALVS mentis, & CORPORIS*: Et iterum orat: *Virtutis tuæ benedictionem infunde, vt ad abjicendos Dæmones, MORBOSQVE PELLENDOS Diuinæ Gratiæ ſumat effectum*. Quodque Eccleſia dicit, idem docent Cardinal. Turrecremat: *de Aqua Benedicta*, & in Can? *Aqua ſale, de conſecr. diſt*.3. ibi = *Septimus eſt ſterelitatis ablatio &c. Octauus effectus eſt virtus vbertatis ad rerum temporalium multiplicationem &c. Nonus effectus eſt MVNIMEN SALVTARE CONTRA ÆGRITVDINES &c.* nec non Marſilius Columna *de Aqua benedicta*, Oſius *in Confeſs. Polon. cap*.80. Grethſerus *de benedictionib.*, Theoph. Raynaud. *Heterocl. Spiritual. ſect. II. punct. V. de Aqua Benedicta tom*.16., Bellarminus *controu. de Eccleſia Triumphante lib*.3. *cap*.7., alijque.

7 Idque Sanctorum Petrum exempla demonſtrant. S. Fortunatus Aqua Benedicta femur viri fractum curauit, teſte D. Gregorio *Dialog. lib*.1. *cap*.10. Matronam grauiſſimè laborantem, Aqua Benedicta ſtatim conualuiſſe Teſtis eſt *Ven*. Beda *lib.V. Hiſtor. cap*.4. S. Quintiatus ex Gregorio Turonenſi plurimos Aqua Benedicta ſanauit. Idem fecit S. Bernardus, vt in ejus Vita legitur: idem S. Malachias, Teſte eodem Bernardo in ejus Vita, quam ſcripſit. Alia plurima Exempla refert citat: Marſilius Columna de H*ydragiologia ſection*.3. *cap*.6. Atque vt cum Cardin. Baronio *ad Annum* Chriſti 132. *num.V*. de Aqua Benedicta concludamus: *Prætermittimus alios innumeros referre caſus, quibus ſanitatum operationem, aliaque diuerſi generis mirabilia, ejuſdem virtute ſibi diuinitùs inſita, per cuncta ſæcula in præſens vſque peracta ſunt*: ſubjungens idem Auctor: *Aquam igitur Benidicendi ad QVEMCVMQVE VSVM, antiquam eſſe traditionem ex Apoſtolicis fontibus manantem*.

8 Atque ad quemcumque vſum tùm ſpiritualem tùm corporalem inſtitutam eſſe, etiam Græci in ipſa Benedictionis Aquæ formula deſcripta in *Menæis* 6. *Ianuarij* demonſtrant ibi = *Sanctifica Aquam iſtam, & da illi Benedictionem Iordanis ....., MORBORVM REMEDIVM, Dæmonum exitium ....... vt omnes qui inde hauriunt & participant, habeant Aquam iſtam ad emundationem Animarum, & CORPORVM.... ad omnem vtilitatem rerum neceſſariarum*. In quonam ergo offendit pietas Dei Seruæ ſecundùm Eccleſiæ Inſtitutum, ſecundùm exempla Sanctorum,

ctorum, ſecundum Dei O. M. teſtimonia, qui, *Miraculis loquens*, vſum Aquæ Benedictæ in morborum curatione Miraculis confirmauit? Aut potiùs in quonam *Rituale* Animaduerſio vnquam legit, ad morbos etiam pellendos eam aſſumi, non niſi contra Inſtitutum Eccleſiæ eſſe?

# *Animaduerſio V.*

Contra Regulæ inſtitutum eſſe, vrget Animaduerſio *in* §.44. *frequens Seruæ Dei cum Secularibus commercium à quibus paſſim viſitabatur, & quos viciſſim ipſa inuiſebat, vel domi perſonaliter vel per epiſtolia vt Summario pag.*136.: nec non eſſe contra paupertatem, quod quicquid ex eleemoſynis colligebatur, *penès tertiam Perſonam ad ſui tamen arbitrium* Dei *Serua retinebat, Summario pag.*188. §.3. atque eſſe *eidem paupertati incongruum etiam votum ædificandi magnificum Altare B. Virgini, cum vndique eſſet pauperrima, & de facto non niſi per tertiam* Perſonam *potuit adimplere, vt Summ. pag.*179. §.17.

# *Reſponſio.*

1 Pauperrima Dei Serua nihil omninò proprium habens *viueua di Limoſine* Summar. pagin.187. §.2. *Perche del ſuo sà, che non aueua* pag.189 §.9. *Perche non aueua alcuna coſa propria* cit: pag.11. Quamquam ergò nihil prorſus haberet, tùm Charitatis, tùm Religionis feruore tamen accenſa, quicquid ipſa non habebat, per alios propterea habere curabat, vt in *Summario* de primo *pagin.*136. §.2. = *Procuraua, che le deſſero a-cune limoſine per ajuto a maritare Orfane &c.* pag.137. §.12. *Non auendo la Serua di* Dio *del ſuo* Patrimonio *ne capitale coſa alcuna, Ella cercaua trà* Perſone *pie con che remediare alle neceſſità del* Proſſimo: Ac de altero *pagin.*60. *in princip.* vbi quod prò majori Auguſtiſſimi Sacramenti cultu *daua alcune volte la cera queſta Serua di* Dio *procurandola di limoſina tra Perſone pie, perche Lei non aueua alcun capitale* = pagin.63. §.27. in fin:, & pagin.65. §.33. = *Faceua, che la Teſtimonia li faceſſe ornamenti di perle, pietre, ed ultre coſe per la cuſtodia del* SS*mo Sagramento &c., ed anche coperte di tela, e coſe ricche.*

2 Eadem pauperrima Dei Serua deuotionis feruore itidem erga Beatiſſimam Virginem ſine labe conceptam accenſa, promiſit *di far' vn' imagine ed' Altare della* Concezzione *della Madonna*. Promiſit non vtique de ſuo, quod omninò non habebat. Cuinam aptius quadrare vnquam voterit illud alioquin in Phyſicis malè interdum aptatum principium: *Nemo dat quod non habet*? Promiſit, ſed de alieno, quod precibus, hortationibuſque apud pios conſequi ſtuduiſſet: & quod promiſit, quemadmodum promiſerat, implere curauit: *La ſopradetta* (Dei Serua) *perſuaſe alla Signora* D. *Eluira Manrique &c., che faceſſe vn' Imagine della puriſſima Concezzione di opera eccellente fatta da vn Maeſtro celebre* = Summario pagin.178. §.12. = Fuit *molta deuota della* Concezzione *della Madonna, che per cauſa ſua, ed à ſuoi prieghi li fece fare vn Imagine*: pagin.176. §.2. Idque teſtatur ipſamet Domina Eluira citat: pagin. §.3. = *A cui iſtanza, e preghi che*, Dei Serua, *li fece, comandò la Teſtimonia che ſi faceſſe vn' Imagine della Concezzione di ſcultura eccellente.*

3 Quaſi

3 Quaſi quod de ſuo promiſiſſet præſupponendo Animaduerſio, promiſſionem incongruam dicit, quia cum eſſet pauperrima, non poterat niſi per alios implere promiſſa, quæ re ipsà per alios adimpleuit. Verùm cum ijs, quæ ſupra diximus, non congruum præſuppoſitum videtur, cum non de ſuo, quod non habebat, Dei Serua promiſit: & quemadmodum charitatis ergà Proximum, religionis erga Sanctiſſimum Sacramentum effectus exhibens, ab alijs quærebat, vt ſubminiſtraret quod non habebat; ità deuotionis pariter effectum erga Beatiſſimam Virginem exhibens ab alijs conſequi quod promittebat, vt promiſſa implerentur, curauiſſet; vtì reuera ipſam ea adimpleri curauiſſe mox vidimus.

4 Et falſam per hypotheſim, ſi non de alieno promiſiſſet, nihil aliud ex eo quod non poterat implere, deſumi poſſet, ſecundùm D. Thomam *in ſecunda ſecundæ quæſt.88. art.6. ad ſecundum*, quàm quod ſi promiſſa implere non potuiſſet, atque implementum *ex quacumque alia cauſa*, ſunt ejus verba, *impoſſibile reddatur, debet hoc facere quod in ſe eſt, vt ſaltem habeat promptam voluntatem faciendi, quod poteſt*. Non autem propterea quia impleri non potuiſſet, incongrua promiſſa fuiſſe congruè cenſeremus, quoties nihil incongrui, imò nonniſi congruum ardentis amoris effectum ergà Beatiſſimam Virginem ſine labe conceptam in ijs ineſſe videmus. De cætero Amoris proprium eſt, vt *omnia poſſe credat*, vt dicit à Kempis; facitque promittere etiam quod implere non poteſt: atque vt cum Auctore *Sermonis de B. Maria Magdalena* inter Opera D. Bernardi *in fine dicti Sermonis* loquamur, *Ardens & effecta locutio, quæ de puritatis amore refuſa, promittit quod implere non poteſt: nihil enim amanti difficile eſſe videtur*. Quod & paucis exprimit Auctor *de Charitate* inter Opera ejuſdem S. Doctoris *in Tract. de Charitate cap.3.* inquiens. *Solus enim amor eſt, vt ait Auguſtinus, qui nomen difficultatis ignorat*: Qua de re vt cumque accipiatur promiſſio, incongrua procul omni dubio non fuit.

5 Nec contra paupertatem vrget Dictum Teſtis, quod Animaduerſio excerpſit ex *Summario pagin.*188.§.3. objiciens quod quicquid ex eleemoſynis Dei Serua colligebat, *penes tertiam Perſonam ad ſui tamen arbitrium retinebat*. Planè Teſtis potiùs maximam Ven. Mariannæ in paupertate paupertatem oſtendit, cum illa, quæ *viueua di limoſine*, vt ſupra diximus; etiam illud, quod ex quotidiano victu parcè viuendo, vt pauperibus ſubueniret, ſubtractum ſupererat, atque id quod victui erat omninò neceſſarium, apud ſe *tanto appartata dalle coſe di queſto Mondo* habere nolebat. En dictum Teſtis = *Il giorno, che li dauano di limoſina qualche coſa di più di quello aueua biſogno per mangiare, colla limitazione, che ſempre faceua, lo daua di limoſina &c. alli Poueri biſognoſi, perche la ſopradetta ſtaua tanto appartata dalle coſe di queſto Mondo, che non voleua auere niente, anzi tutto quanto le dauano, ancora il proprio neceſſario, che aueua biſogno, lo conſegnaua ad vna Perſona che teneua in ſua compagnia, perche glie lo deſſe quando voleſſe, ſtando ſempre diſpoſta, e ſubordinata alla ſua volontà*. Ceterùm ly *quando voleſſe*; Non ad Dei Seruam, vt Animaduerſio putat, ſed ad Sociam potiùs refertur; cum Teſtis non modò paupertatem in paupertate, ſed paupertatem Dei Seruæ in ipſa voluntate oſtendere profiteatur, dicens, quod Serua Dei in hoc nec voluntatem quidem habere volebat, voluntatem propriam habens *ſempre diſpoſta e ſubordinata alla ſua*, Sociæ, *volontà*.

6 Neque itidem contra Dei Seruam vrget teſtimonium excerptum ex *Summario pagin.*136., ex quo Animaduerſio objicit *frequens cum Secularibus*

*com-*

*commercium, à quibus paſſim viſitabatur, & quos viciſſim ipſa inuiſebat vel domi perſonaliter, vel per epiſtolia.* Teſtis quippè nihil aliud dicit quàm quod Dei Serua per ipſum Teſtem Religioſum ſubueniendorum cauſà pauperum neceſſitatem oppreſſorum ad pios Magnates ſcripſit aſſentientibus ejus Superioribus, vt in *citat. pagin.* 138. §. 3. & 4. = *Per mano del Teſtimonio ſi ſcriſſero molti biglietti à Principi, e Signori &c., ed alle Dame di Palazzo &c. rappreſentandoli le neceſſità, che à Lei erano notorie, e domandandoli, che le ſoccorreſſero &c. E sà che ſapendo la Serua di Dio, che nella Città di Granata vi era vna Donna, che ſtaua Inferma, e patiua molta neceſſità, la detta Serua di Dio, ajutandola il Teſtimonio, le ſcriſſe, e nel piego della lettera li meſſe alcuni doboloni &c. facendo il tutto con notizia, e licenza de ſuoi Superiori.* Quorſum igitur Animaduerſio? Lector, quæſumus, judicet quam ob rem Dei Serua ſcriberet, vanitàteue impulſa, commercium frequens vt ita ſaltem per Epiſtolas cum Secularibus haberet; An Charitate compulſa, vt ita miſerrimos, per eos qui erigere poterant, de miſeriæ profundo quoad ejus facere poterat, erigeret.

7 Quod autem Dei Serua *alios domi inuiſebat*, ab ijſque *viciſſim viſitabatur* Teſtis non dicit: ſed quod ad primum ſpectat, ſi pauca ex Teſtimonijs, quæ ſuppeditat *Summarium*; Animaduerſionem legere non pigeat, Ven. Marianna quàm ægerrimè, & non niſi obedientiæ vi coacta eos inuiſeret, facillimè intelliget = M*andandole a dire alcune Perſone, che l'andaſſe à viſitare nelle loro infermità, ed'altre occaſioni, che ne aueuano biſogno, ſe bene le diceuano, che aueuano licenza dal ſuo* C*onfeſſore, la detta Serua di* Dio *non ſi moueua fin tanto che il ſuo Prelato, ò Confeſſore gli comandaua*. pag. 185. §. 17. erat Dei Serua *tanto diſprezzatrice delle coſe del Mondo, ch'eſſendole neceſſario vna volta andare à Palazzo, con grand' amarezza del ſuo cuore diſſe al Teſtimonio moſtrandoſi molto diſguſtata di andarui, che per lei non vi era coſa* PIV' *AMARA, che eſſere chiamata dalli* Rè*, ſenza che voleſſe andare à Palazzo, ne faceſſero cajo di lei, e con queſto inſieme perſuadeua al* T*eſtimonio, che diſprezzaſſe tutte le coſe mondane*: pagin. 85. §. 16. *Vna volta la Regina &c. li mandò à comandare, che l'andaſſe à vedere &c., e la detta Serua di Dio meſſe tutti li mezzi poſſibili per non andarui &c., e molte volte da Palazzo fù mandata à chiamarè &c. mandandoli in che andaſſe, e con tutte le maniere poſſibili procuraua colli ſuoi* S*uperiori: che la ſcuſaſſero, e ſe alcune volte vi andaua, era forzata dall'vbbidienza, non procurando queſti onori, nè quelli, che le faceuano molti Signori, e Signore &c., anzi conſigliaua il diſprezzo di tutto quello, che non è Dio*. pag. 83. §. 7.

8 Quod ad alterum attinet, quod ab alijs viſitabatur Animaduerſioni concedimus: quare autem viſitaretur cum Animaduerſione non conuenimus. Marianna pauperrima Alutarij filia nihil omninò eorum habens, quæ apud Mundum homines in imagine oſtendunt commendabiles; imo ijs omnibus, quæ Mundus odit, planè inſtructa, humilis, in doloribus, in infirmitatibus, in nuditate, in iniurijs, in contumelijs, in anguſtijs, in opprobrijs, in aduerſitatibus, in miſerijs libenter tantummodò glorians: *T*amen Magnates, Cardinales, Prælati, Teologi, Regij Miniſtri, Eccleſiaſtici, Religioſi, Seculares eam inuiſere ſtudebant. Quare? Interroget Animaduerſio celeberrimam illam Sanctitatis famam, quæ ob præclariſſimas virtutes, ob excellentiſſimam morum innocentiam, ob heroiciſſima geſta mirabilem in oculis omnium eam reddebat, *Summario num. VI.* Interroget altitudinem illam ſcientiæ, qua Diuinarum Scriptura-

plurarum ſublimitates mirabiliter intelligebat, atque exponebat n. XI. Interroget donum illud Conſilij, quo in cauſis humano ſenſui inextricabilibus Sapientiſſimos quoſque dirigebat, *num. XXI.* Interoget ſcrutationem illam cordium, qua occulta veluti ſub oculis poſita cognoſcebat; Spiritum illum propheticum, quo futura quaſi præſentia videbat; Miracula illa, quibus mirabilia faciebat, *num. XXXIV.*, *XXXV.*, & *XXXVI.* Interroget Charitatem illam ardentiſſimam, qua omnes ad Dei notionem, ad deſiderium, ad dilectionem verbis, atque opere inducebat: *num. XIV.*, qua Peccatores à malo ad bonum conuertebat; qua manus ſuas aperiebat inopi, ac palmas ſuas extendebat ad pauperes; qua nudis veſtimenta, eſurientibus alimenta ſuppeditabat; qua ignaros viæ, quæ ducit ad Cœlum, docebat, qua corde tribulatos miſericorditer ſolabatur. *Num. XVII.*, & *XVIII.* interroget ergo Animaduerſio, atque hæc omnia reſpondebunt ei, quare ad vnum omnes illam inuiſerent. Atque vt Animaduerſio omnem commercij cum Secularibus præ vanitate Seculi ſuſpicionem deponat: interroget humillimam illam Humilitatem, qua ſe omnium minimam cenſebat: qua Mundi, Hominumque refugiebat laudes, qua maximam peccatricem ſe profitebatur, qua ab omnibus vilem haberi maximoperè optabat, atque in ſola ſui abiectione, contemptuque gaudebat. *Num. XXXIII.*

## *Animaduerſio VI.*

QVatuor Animaduerſioni, vt in §§. 45., & 46. aduertit, *inordinatam videntur inuoluere Religionem*. Primum, quod Dei Serua *Hymnum Te Deum laudamus B. Virgini appropriauerit*; & *in idioma Caſtellanum traductum typis impreſſum vulgauerit*: Alterum quod, vt *ex Summario pagin.* 257., *permiſerit, vt Puella virili veſte ſuperinduta publicè in Eccleſia Miſſæ Sacrificio inſeruiret*; quod à Sacris Canonibus prohibetur; Tertium quod adhibuerit expreſſiones illas loquendi = *Noſtro Signore ſteſſe burlando*, *Summario pagin.* 217. = *Gli era apparſa la piccinina*, *pagin.* 222., *hoc nomine deſignans Beatam Virginem*: Poſtremum, quod *indiſcriminatim Proximos in Eccleſia audiebat tamquam in locutorio, vt ex Summario pagin.* 99. §. 11. cum tamen ſcriptum ſit. *Domus mea, Domus orationis eſt*, Matth. 21. 13.

## *Reſponſio.*

1 INtrauit Ieſus in Templum Dei, & *eiiciebat omnes vendentes, & ementes in Templo &c.*, & *dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea Domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis illam Speluncam Latronum*, & *acceſſerunt ad eum cæci*, & *claudi in Templo*, & *ſanauit eos*. Ita Mattheus Cap. XXI. qui Saluatorem vendentibus ementibuſque in Templo Domus orationis eſſe exprobantem dum ſcribit; Eumdem in Templo cæcos illuminantem, claudoſque erigentem protinùs ſubiungit: vt & prophanatores facientes illud Speluncam Latronum damnantem; & miſericordiæ opera cum diſcretione impendentes non terrentem oſtenderet. Imò immiſericordes docentem, qui miſericordiam volens non Sacrificium, ſicuti aduersùs inficiantes *in tempore Sacro* miſericordiæ opera exerceri, ea exercenda oſtenderat hominem in die Sabbathi curans, vt in *Cap. XII.* ita in *loco* etiam *Sacro*, ne propter prophanatorum eiectionem opera miſe-

ſericordiæ intermittendi occaſionem arriperent, quædam opera miſericordiæ, miſericordiæ opera exercens, exercenda commendat.

2 Tota igitur Matthæi Sententia lecta, totum Teſtis ex parte itidem adductum teſtimonium ſi legamus in *Summario pagin. 99. §. 11.*, nihil aliud in eo reperiemus, quàm quod Dei Serua in Templo orationi maximo opere intendebat, niſi operum miſericordiæ exercitium, Superiorumque obedientia eamdem aliter cogerent. *Appena era ben di giorno ed entraua nella Chieſa, e la detta Serua di Dio ſi ritiraua doue niſſuno l'inquietaſſe, elegendo per queſto luogo à propoſito, e quiui ſtaua in orazione quell'ora &c., e finita queſt'ora di orazione riceueua Noſtro Signore, e ſubito ſi tornaua à ritirare nel medeſimo cantone, doue ſenza far motiuo ſtaua più d'vn'altr'ora, ſe già tal volta non l'impediua l'vbbidienza del ſuo Confeſſore &c., e finita la detta ora &c. ſi laſciaua parlare dalle Perſone, che à queſt'effetto l'aſpettauano, conſolando gl'Afflitti, e ſoccorrendo alli biſogni, e finito queſto Officio di pietà &c. ſe ne tornaua alla ſua ritiratezza, e à metterſi in orazione, nella quale aſſiſteua inginocchioni ſino all'ora del mezzogiorno &c.*

3 Nequaquam ergò Dei Seruam tangit illud Pſalm. CXVIII. 85. *Narrauerunt iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua*. Non enim in Templo fabulas vanitateſque fabulabatur, ſed vt lex, & iuxta Legem Præpoſitis obediebat, Afflictos ſolabatur *andando* nihilominus *ſempre nella preſenza di Noſtro Signore, e ſe bene parlaua, e riſpondeua alle Perſone &c. non ſi partiua vn punto di tenere Iddio preſente &c. e rimaneua tanto abſorta, & eſtatica, che ſe bene al parere di quelli, che la trattauano, ſtaua nel caſo di che li parlauano, e riſpondeua à propoſito, aueua tanto occupato il ſuo intrinſeco in tal cognizione, e preſenza di Dio, come ſe foſſe ſtata in lei vna diuiſione trà l'interiore, ed' eſteriore. Summario pag. 110. §. 54.*

4 Nec nos, nec quemcumque verſionum incommoda animaduertentem mouent expreſſiones illæ: *Noſtro Signore ſteſſe burlando: apparſe la Piccinina*: prò Beatiſſima Virgine. Vnaquæque lingua ſuum habet idiotiſmum, ſuum peculiarem habet loquendi characterem: Et voces quæ rectè in vna, eæ ad verbum translatæ minùs rectè ſonant in alia. Interpretibus aptè quadrant preces D. Gregorij ad Ariſtobolum *Libr. I. Epiſt.* 28. rogantis = *Non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferri oportere*. Quiſnam illud de Patris Sapientia Prouerbior. VIII. 31. *Ludens coram eo omni tempore: ludens in Orbe terrarum*: atque illud de Sapientiæ Sede = *Paruula placuit Altiſſimo*: ad verbum non verteret in Italum *la Piccinina*: ad verbum non verteret: *Burlando ſempre auanti Lui; nell'Orbe terreſtre ſcherzando*? Vt enim fert verſionum natura, eſto diligentiſſimus Interpres, non pauca tamen ſæpe ſæpiùs occurrunt, quæ parum apta videntur. Qua de re *D.* Hieronymus *libr. I. epiſt.* 34. ad Euſtochium incommoda verſionum paucis perſtringens, vtitur permiſſo illo = *Nulli dubium quod alienis dentibus commoliti cibi veſcentibus nauſeam faciant*.

5 Minuſque obſtat quod Animaduerſio dicit, Dei Seruam nempè permiſiſſe, quod Puella in Altare miniſtraſſet; quod à Sacris Canonibus prohibetur, vt in *Cap. primo in fine de cohabitat. Cleric., & Mulier.* Præ oculis enim habentes vulgatum illud; de quo Cardinal. de Luca *de Emphyt. diſc. 2. num. 3.* = *Maioris ponderis eſſe vnciam facti, quàm centum libras iuris* = libenter mittimus, quænam ſit genuina Sacrorum Canonum Sententia, exponere, cum ſatis ſuperque ſit Teſtimonium referre, ex quo res ipſa perſpicitur. Teſtis enim XCIII. in *Summario pagin.* 257. referens Dona Ven. Mariannæ gratis data, quibus futura præuidebat, & cognoſce-

ſce-

ſcebat occulta, dicit, quod Puella quædam deuota elongauit ſe fugiens *pigliando veſtimento di Vomo con abito del Terz' Ordine di San Franceſco ſe ne andò ad vn Deſerto*. Poſt aliquot dies *alla detta Zitella venne penſiero, ò inſpirazione del Cielo &c. di venirſene à viuere à Santa Barbara &c. ed arriuando à Madrid di notte, aſpettò, che foſſe giorno, ed' à queſt' ora entrò in Santa Barbara, ed aiutò à vna Meſſa; ed auendola finita di ſeruire, lo tirò per la cappa la detta Serua di Dio, e le diſſe, che l'aueua da parlare, al che la detta Zitella traueſtita riſpoſe, mi confeſſerò, e comunicherò prima, e poi parlerò, e così fece, ed amendue ſi comunicorno inſieme, e finite tutte le Meſſe ſi partirno aſſieme à caſa della detta Serua di Dio &c., e ſenza domandarli chi era la conobbe &c. non auendola viſta giamai*: Quid in hoc, quæſumus, quod Puellam in Altare miniſtraſſe permiſerit? Quid quod eamdem ab Altaris miniſterio non deterruerit? Quid contra Sacros Canones Serua Dei attentauerit?

6 Si non in hoc, vrget Animaduerſio, certè in illo contra Religionem offendit Dei Serua, quod *Te Deum laudamus B. Virgini appropriauerit, & quidem fortaſſe prout iacet, & in idioma Caſtellanum traductum, & typis impreſſum vulgauerit, & per conſequens errore ſi quis fortè irrepſerit non amplius facilè rephrabili*. Non enim Dei Serua Hymnum *Te Deum* Deiparæ accommodauit, ſed notiſſimum *Te Deum laudamus* in laudem Beatiſſimæ Virginis iam à ſeculis ante pijſſimè eidem Virgini accommodatum curauit in Caſtellanum è latino verti, ac typis cudi. Itaut Teſtis CVIII, *Summar. pag.* 178. Mariannam Hymnum accomodauiſſe non dicit, ſed *il Te Deum laudamus in lode della Santiſſima Vergine*, quod Serua Dei *fece ſtampare deponit*. Ly: *il Te Deum laudamus in lode della Santiſſima Vergine* tamquam quid vnum Teſtis accipiens oſtendendi gratia hymnum, quem cudi fecerat; Non verò illud vnum ſcindens, quod *il Te Deum laudamus* accommodauerit *in lode della Santiſſima Vergine* cæterùm in illud Animaduerſionis *fortaſſe prout iacet*, inque illud *ſi quis error fortè irrepſerit* multæ quadrarent reſponſiones; Sed quia, vt rectè Gonzalez *ad Reg. Canc. gloſſ.* 32. *num.* 10. dicit: *Quando dictio FORSAN vel FORTASSE apponitur, nil affirmatur*: atque vt notat *in dict.* 127. *num.* 1. Barboſa: *Qui loquitur per dictionem FORTE NIL CONCLVDIT*: rectiùs miſſas eas facimus. Quid enim quare ad id quod *nihil concludit* reſpondeamus, ſapientiſſimorumque Patrum ſuperuacaneis reſponſionibus laborem aggrauemus?

# *Animaduerſio VII.*

*Contra denique Virtutes nedum Charitatis, ſed fortè, etiam Religionis illud obſtare videri* dicit Animaduerſio *in* §. 47., quod pro Principe Valliæ Marianna orare recuſauerit. Nec difficultatem ſublatam videri inquit ex Poſtulatorum reſponſionibus, quod Dei Serua non detractauerit orare, ſed tantùm Sociæ opinanti eum conuerſurum, quem diuino lumine obſtinatiſſimum defuncturum videbat; Quodque ſi per hypotheſim orare etiam recuſauiſſet prò eo, quem certè Deo reuelante reprobum cernebat, recte tamen prudenterque non orauiſſet. Nam quoad primam reſponſionem, vt Animaduerſio proſequitur, *illa fundamentum tantùm habet in mera opinatione, quod interpres malè acceperit vocem illam faceſſe prò altera farebbe*: Et quoad alteram vt dicit in §. 48. eſt contra ea, quæ fecit, & docuit Chriſtus, qui quamuis certus eſſet de

damnatione reproborum, Patrem rogauit etiam prò illis, vt dicit Diuus Thomas, & prò ijs ſanguinem profudit, vt patet ex damnatione Propoſitionis V. inter Ianſenianas; Ideòque *maximè cauendum ne ex hoc facto aliquod grauius emergat obſtatiuum.*

# *Reſponſio.*

1 Maximè cauendum hìc ne euoluta inuoluentur, explicata implicentur. Si totum Teſtis CXXXII. Dictum ſuper Artic. III., quod Dei Serua *ebbe dolci colloquj con Gesù* attentè perlegatur, nihil omninò aliud reperitur, quàm quòd obſtinationem Principis Valliæ in hæreſi defuncturi Chriſto reuelante, Marianna viginti quinque annos circiter ante eius Sociæ aliter opinanti prædixerit, vt ſatis ſuperque in *Primis Reſponſionibus pag.* 149., *& ſeqq. a* §. 3. *per totum* §.8. demonſtrauimus per rationes è viſceribus Cauſæ, ac depoſitionis Teſtis, non *ex mera tantùm opinione* petitas; quod fuerit acceptum *faceſſe* prò *ſurebbe Criſtiano* vt minus rectè Animaduerſio ſupponit. Et tamen opinio, quod perperam accepta etiam fuerit ſiuè ab Interprete, ſiuè ab ipſo Teſte CXXXII. ex numero mulierum, quæ plerùmque neſciunt propriè loqui, vt demonſtrat etiam verbum illud *Criſtiano*, commune licèt Hæreticis, acceptum tamen pro *Cattolico*: Opinio, inquam, quod prima præteriti imperfecti vox *faceſſe* accepta fuerit pro altera eiuſdem præteriti imperfecti *farebbe*, quam maximè fuerit ibidem §.6.7., *&* 8. ſolidè fundata, cuique totum Teſtis Dictum legenti res ipſa luculenter oſtendit.

2 At verò Reſponſio noſtra non, vt Animaduerſio dicit, *fundamentum tantùm habet in mera huiuſmodi opinatione*. Eiuſmodi enim interpretationem attulimus pro proprietate ſermonis, eamque ſenſui congruam probauimus. Sed ſanè Reſponſio, quam diximus, firmata fuit rationibus [aduersùs quas nihil Animaduerſio adducere potuit] ex ipſa re petitis, quod Marianna nunquam detrectauerit orare pro Valliæ Principe; Sed dumtaxat obſtinationem illius, damnationemque prædixerit; Dictumque Seruæ Dei Teſtis ipſe, qui illud audiuit, ac refert, nec niſi pro prædictione, ac prophetia accepit, quæ abs Teſtis Depoſitione in Proceſſu poſt viginti quinque annos impleta fuit, vt in *citat. Reſponſion. Par. III. Cap. I. Reſp. ad Animad. VIII. pag.* 149., *& ſeqq.*, *& Cap. III. Reſpon. ad Animad. I. pag.* 208., *& ſeqq.*

3 Neque vnquam Animaduerſio inueniet, quod Serua Dei nolle orare reſponderit; Quemadmodum pro eadem Dei Serua etiam confirmat Peritus ab hac S. Congregatione electus, vt textu Hiſpano diligenter perpenſo referret, an reſponſio illa Mariannæ in Italum verſa in hæc verba: *Queſto boccone non lo poſſo inghiottire, nè digerire: che Tu lo vedi cogli occhi corporali; Mà vi è chi lo vede con lo ſpirito, e gli lo danno à vedere, e toccare colle mani*: an inquam, reſponſio iſthæc contradictionem aliquam non orandi in textu Hiſpano quodammodo ſaperet. Quod Peritus præuio iuramento vel minimam ſapere contradictionem omnimodo negat; *vt in præſenti Summario in calce litt. B.*

4 Immota igitur remanente Reſponſione, quod non recuſauerit orare, vt genuinus depoſitionis Teſtis intellectus clarè demonſtrat: haud ſecus immota manet altera Reſponſio ex abundanti data, quod etiamſi per hypotheſim falſam orare noluerit pro Valliæ Principe, cuius Diuino lumine damnationem videbat, nihil in hoc eſſe poterat, quod virtuti chari-

rita-

ritatis obſtare videretur, vt ad ſatietatem oſtendimus *in citat. Reſponſionib. pag.* 152., *& ſeqq. à* §. 9. *per tot.* §. 15. quicquid in præſenti dicat Animaduerſio quæſtionem à re noſtra alienam aſſumens, quod Saluator orauerit etiam pro reprobis, prò quibus ſanguinem fudit: Et contrarium aſſerere ſit in V. Propoſitionem Ianſenij damnatam impingere; Itaut nedum *contra Charitatem*, *ſed fortè etiam Religionem* Marianna non orando peccauerit.

5 Quoad *Charitatem* ſpectat: Audiat quæſumus Animaduerſio D. Auguſtinum in *Lib. I. de Sermon. Domini in Monte ſecundum Matth. cap.* 22.= *Potes enim videre certam eius pœnam, & penitus diſperatam ſalutem; Et NON QVIA ODISTI EVM, IDEO PRO ILLO NON ORAS: Sed quia ſentis nihil te poſſe proficere, & orationem tuam non vis repelli à Iuſtiſſimo Iudice.* Quem non ſemel prò indigno orantibus orationem exprobraſſe legimus, vt Samueli in lib. I. Reg. cap. 16. *vſquequo tu luges Saul cum ego projecerim eum?* Ac Ieremiæ [*Cap. XI.* 14.] ibi = *Tu ergò noli orare.* Itaut ille Ieſu Diſcipulus Ioannes Fraternæ Charitatis Magiſter in I. *Epiſt. Cap. V.* 16. ſcribit: *Non pro illo dico, vt roget quis.* Ex cuiuſmodi Ioannis ſententia D. Auguſtinus prò Alexandro Paulum Apoſtolum idcirco non orauiſſe arbitratur, vt videre licèt in *cit. cap.* 22. Ac Breuiarum Romanum *ad diem* 26. *Nouembris* non detrectat quotannis commemorare geſta S. Petri Alexandrini [ ſecundum viſionem illam cæleſtem, qua, vt Acta apud Baronium *ad anni* 130. *V.* ferunt, Arij reprobationem vidit [ nedum prò Ario non orantis, ſed ſuis futuris ſucceſſoribus in Epiſcopatu præcipientis: *NE VNQVAM Arium in communionem reciperent, quem Deo MORTVVM ESSE ſciret*: Licèt adhuc Arius in humanis verſaretur, Meletioque adhæſiſſe non modicam pænitendi ſe bonam ſpem oſtenderet. Et ne in exemplis enumerandis fruſtra immoremur: Quoties alicuius reprobationem cognoſcimus, Filiumque iniquitatis eſſe non ignoramus; rectè ſine vlla charitatis præcepti violatione non oramus, vt docet Dominus Auguſtinus *de correption., & Gratia cap. XIV., & XV.*, & D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 7. vbi in 4. illo argumento: *Pro alijs ſi ſint mali prohibemur orare*: Rectiſſimè notat à Porrecta dicens: *Id eſt reprobati à Nobis cogniti.* Qua de re ſi prò Principe Valliæ, cuius damnationem reuelante Deo cognouerat, nolle orare dixiſſet, vti certè non dixit, ſed per hypotheſim dixiſſe finximus; Serua Dei tamen non idcircò à charitate defeciſſet.

6 Quod ad *Religionem* attinet: Nihil eſt quod ad Animaduerſionem circa dubitationem impij Ianſeniſmi reſpondeamus: Cum eam *etiam refellere pudeat, ne videamur & nos exiſtimaſſe alicuius eſſe momenti, quam maluimus reſponſione cohibere, quàm ſilentio prœterire*; vt inquit D. Auguſtinus de Dono Perſeuer. Cap. X.

# Animaduerſio VIII.

QVædam geſta propria, ac nonnulla Dona cæleſtia (quæ Animaduerſio *à* §. 49. *ad* §. 54. enumerat) Ven. Mariannam per jactantiam dixiſſe, ac propterea eius Virtutem Humilitatis obumbratam fuiſſe eadem Animaduerſio exiſtimat.

# Reſponſio.

1 CORruit conſequens corruente antecedenti; cum non per jactantiam, ſed eorum, quæ Animaduerſio enumerat, partim ad Dei maiorem gloriam Proximique inſtructionem Serua Dei narrauit, partim Directoribus eius Spiritus, vt par erat, aperuit, partim nequaquam ipſa Dei Serua dixit, vt dixiſſe minus rectè Animaduerſio ſupponit.

2 I. Ex *Summario pag.* 125. §. 20., quod cum Dei Serua à praua Mulieris conſuetudine Aulicum quemdam abduxiſſet, irata Mulier iniurijs verberibuſque Mariannam impetiuit. Hoc ab omni jactantiæ ſuſpicione vindicatum fuit *in Primis Reſponſionib. pag.* 187. §. 10., vbi quia inter alias reſponſiones dictum fuit id Seruam Dei narrauiſſe *per onore, e gloria di Dio*; hinc in præſenti vrget Animaduerſio in citat. §. 49. quod *non ſatis probatur*.

3 Etiamſi non probaretur, quod peculiariter *per onore, e gloria di Dio* narrauerit, cum tamen peculiariter *ad instructionem Proximi* dixiſſe oſtenſum fuerit *in cit. pag.* 187., quia conuerſionem illam narrauit Religioſæ eius Amicæ, cuius etiam opera in conuertendis animabus vtebatur, & Religioſæ inſuper animi quodammodo remiſſi, ne in conuerſionibus eiuſmodi expaueſceret obtrectatorum dicteria, nihil idcirco eſſet, quod jactantiæ vitio dari poſſet. Quæ omnia Animaduerſio diſſimulare quidem ſilentio potuit, inficiari, aut de ijs dubitare non item: dubitans ſolummodo quin ſatis probetur, quod etiam peculiariter *per onore, e gloria di Dio* Marianna narrauerit. Cuiuſmodi cæteroquin dubium planè diſſoluit idem ipſe Teſtis eodem ipſo depoſitionis loco, quo Mariannam factum illud Teſti dixiſſe, contra Dei Seruam adducitur, inquiens: *raccontandoglielo in occaſioni, che per onor, e gloria di Dio occorſe di parlarne*. Cum ergò Teſtis indiuiduo veritatis jurejurando teſtetur ſibi factum Seruam Dei narrauiſſe *per onore, e gloria di Dio*: nemo non videt quàm captioſa eſſet noſtra argumentatio per ea quæ in hac *Inſpect. Reſponſ. ad Animaduerſ. I.* oſtendimus, ſi nos retinentes ly *raccontandoglielo*, ſcindere vellemus ly *per onore e gloria di Dio*, vt ita objicere poſſemus, quod illud ſimpliciter Marianna Teſti narrauerit; imò narrauerit prò ly *per onor e gloria di Dio*, quod ſcindimus, *per jactantiam, inanemque gloriam*, quod ex proprio commento nos addimus.

4 II. Ex *Summario pag.* 228. §. 27., quod ægræ Mulieri dolenti, ac mærenti *di non poter mangiare, nè guſtare coſa alcuna*. Dei Serua charitate flagrans dixit: *Che ſi conſolaſſe, e daſſe animo*: Et ſciens magis exemplis quàm verbis animum noſtrum moueri, de ſe ipſa ſubiunxit: *ch'era ſtata Lei della medeſima maniera molti anni*; quo tempore *non mangiò coſa d'importanza*: quodque *il ſuo principal ſoſtento era il Santiſſimo Sagramento*; ac propterea, *che così la Teſtimonia s'inanimaſſe*. Hoc vindicatum fuit in *cit. Reſponſionibus pag.* 191. §. 28., tamquam ad inſtructionem, vtilitatemque Proximi, vt ex ipſa depoſitione apertiſſimè conſtat. Nunc Animaduerſioni, vt ipſa dicit in §. 49., diſplicet maximè illud à Dei Serua additum, quod omittere poterat, quod nempè *il principal ſoſtento era il Santiſſimo Sagramento*.

5 Mirum quomodo quod in primis placere debet Animaduerſioni diſpliceat. Quemadmodum Mulierem illam non minus corporis ægritudine, quàm mentis præ triſtitia ægritudinis fractam Dei Serua rectè hortata fuit, *che ſi conſolaſſe, e daſſe animo*, puſillanimitatem eius ab exemplo corrobo-

rans,

rans, *ch'era ſtata Lei della medeſima maniera*: ita ſuum faciens Virgilianum illud:

*Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.*

Medicinam, quam ipſa experta fuerat efficaciſſimam, quod *il principal ſoſtento era il Santiſſimo Sagramento*, rectiſſimè eidem aperuit, præ oculis habendo illud Eccleſiaſtici IV. 27.: *Ne retineas verbum in tempore ſalutis*, ſaluti Mulieris corporis, mentiſque viribus deſtitutæ prudentiſſimè conſulens; Nam, vt veriſſimè teſtatur clariſſimus Author *de Imitatione Chriſti lib. IV. cap. 1. num.* 10., perceptione tanti Sacramenti ita reficitur Homo, *vt non tantùm mens*, ſunt eius verba, *ſed debile corpus etiam vires ſibi præſtitas ſentiat ampliores*.

6 III. *Ex Proceſſ. fol.* 2997. quod dixerit: *che Noſtro Signore l'haueua meſſa in croce*. Hoc Teſtis Dictum, quia proximè poſt hæc verba Teſtis ſubiungit: *mà non sà la Teſtimonia ne'l modo che queſto fù, nè glie lo diſſe* Dei Serua; idcirco cùm nihil in verbis Mariannæ ineſſe poſſet jactantiæ: quid enim inanis gloriæ captare poterat à Muliere, *che non sà* quid denotarent verba illa? aut quid inanis gloriæ captare prætendere poterat illa, quæ factum Mulieri *non glie lo diſſe*? quod vtique dixiſſet quiſque jactantiæ tabe captus, longè vltrà jactabundus in ſermone progrediendo, & quæ Mulier ignorabat, Mulieri gloriabundus narrare non deſiſtendo: idcirco, inquam, cum certè nihil in eo jactantiæ ineſſet, *in citat. Reſponſionibus pag.* 193. §. 36., diximus, congruè quoquè intelligi poſſe de aſperrimis infirmitatibus, quibus diù cruciatam diſtentamque Dei Seruam, ſub eiuſmodi ægritudinum dolorumque cruce poſitam videri. Nunc Animaduerſio *in cit.* §. 49. vrget quod huiuſmodi intellectus *ex contextu apparere debuiſſet*.

7 Sat eſſet quod intellectus ſit congruus: ſat eſſet; quod ex contextu depoſitionis nihil jactantiæ appareat, vt nihil omninò apparere percipit quiſquis ad ea, quæ Teſtis dicit, ad ea, quæ ſuper Teſtis verbis mox diximus, aduertit. ſed ſi quicquid aliud ex depoſitionis contextu appareat, Animaduerſio quod referamus deſideret; intellectus Animaduerſionis, quod Marianna inanis gloriæ cupida illud dixerit, vſqueaque deſtruitur. Teſtis enim *Religioſa dell'Ordine delli Scalſi Carmelitani* fuit adeo ſumma familiaritate cum Dei Serua coniuncta, vt etiam *ſtette in ſua Caſa* (Seruæ Dei), *e compagnia trenta meſi continui trattando, e comunicando con lei*, *Proceſſ. fol.* 2974.; Hæc de colloquijs Seruæ Dei cum Deo deponit Mariannam ea habuiſſe, *perche ſe bene non glie lo diceua &c.* ſunt eius verba in citat. fol. à tergo *per la ſua GRANDE VMILTA', lo vedeua la Teſtimonia così per quello, che le diceua il ſuo Spirito interiormente, quanto ancora per alcuni ſegni eſteriori*. Atque ad rem noſtram propiùs accedens *Proceſſ. fol.* 2990. teſtatur: *che in materia di dire la detta Serua di Dio le Grazie, che riceueua dalla Maeſtà Diuina era TANTA LA SVA RETIRATEZZA, che APPENA PER CONIETTVRE ſi poteua intendere qualche coſa*. Et ratio quare erat *tanta la ſua ritiratezza* patet ex ipſius depoſitionis contextu, quia nempè erat, *vt in Proceſſ. fol.* 2995. *à tergo* Teſtis dicit, *in tutto ESTREMO VMILE, perche ſentiua di ſe ſteſſa BASSISSIMAMENTE, e nella ſua opinione ſi reputaua per GRANDISSIMA PECCATRICE*.

8 IV. *Ex Proceſſ. fol.* 734., quod Serua Dei dixerit, quod quidam æger *per le ſue orazioni, e meriti haueua ricuperata la ſanità*. Hoc vindicatum fuit in *citatis Reſponſ. pag.* 193. §. 38.; Vbi apertiſſimè oſtenſum fuit eiuſmodi verba non eſſe Seruę Dei, ſed Teſtis, qui poſtquam retulit verba Seruę Dei: *che l'haueua viſitato, e fattoli il ſegno della croce*: proximè poſt, quia deponebat

nebat ſuper illo Articulo, *che per li meriti, ed intereeſſioni della detta Serua di Dio* nonnulli ægroti è morbo euaſerant; propterea, ægroto illo ſanato, ſanationem meritis, orationibuſque Seruæ Dei Teſtis adſcribens teſtatur: *che per le ſue orationi, e meriti aueua ricuperata la ſanità*. Nunc diſſimulans rationes è viſceribus cauſæ petitas, quibus id planum factum fuit, Animadderſio *in* §. 50. inſtat quod in Proceſſu *nulla ſit interpunctio inter voces Croce, e che: nullaque diuerſitas literæ initialis, quæ diſtinctam periodum deſignet, & nullus contextus, ex quo id argui poſſit*; qua de re verba illa ſint potiùs Seruæ Dei.

9 Relictis rationibus ad coniecturas confugere, imbecillimum argumentum. Imò ipſiſmet Animaduerſionis coniecturis Animaduerſionis coniecturam euertere poſſemus. Teſtis enim ibidem dicit vidiſſe, quod ille, qui incolumis euaſerat, Dei Seruam inuiſit, eique gratias egit: *E la venne a ringraziare, perche la Teſtimonia lo vedde*. Certiſſimum eſt, quod aduentus illius, quem Teſtis poſt acceptam ſanitatem aduenisse teſtatur, ſit res à Teſte per ſe narrata planè diuerſiſſima ab illo Seruæ Dei (in prætenſa Animaduerſionis hypotheſi) *che per le ſue orazioni, e meriti aueua ricuperata la Sanità*; & tamen inter verba illa *Sanità*, & *la venne à ringraziare*, nulla in Proceſſu adeſt interpunctio, nullus contextus, nulla diuerſitas literæ initialis, quæ diſtinctam periodum deſignent. En ergò ipſiſmet Animaduerſionis coniecturis, omni ex parte Animaduerſionis coniectura deſtruitur. Relictis itaque eiuſmodi, ad rationes *citat. loco* perpenſas Animaduerſio redeat, & perſpiciet verba illa Teſtis non verò Seruæ Dei eſſe: vtque ad rationes promptiùs redeat, inuitat inſuper Textus Hiſpanus Proceſſus originalis illas plenè confirmans. Nàm deputato Perito ab Eminentiſſimo Ponente, vt Textum Hiſpanum perſcrutaretur: Peritus, eo diligentiſſimè perpenſo, verba *che per le ſue orazioni, e meriti aueua ricuperata la Sanità* ad Teſtem quidem, non autem ad Dei Seruam referenda demonſtrat, *vt in Summ. in Calce lit. A.*

10 V. Ex *Summario pag.* 110. *in princip.*, quod Serua Dei de quodam Infirmo, prò cuius ſanitate orauerat, dixerit: *che ſi morirua, ed interrogandola perche ò come lo ſapeua? diſſe, perche non l' hò potuta raccommandare à Noſtro Signore*. Hoc vindicatum fuit *in citat. Reſponſion. pag.* 188. §. 14. quod non ſponte, ſed interrogata ab eius Directore ſpirituali, cui obedire debebat, illud dixerit. Nunc Animaduerſio vrget ſuper ly *perche non l' hò potuta raccommandare*, quod Marianna reſpondit: *ex quo*, ſunt Animaduerſionis verba *in* §. 51., *peſſimæ illationes fieri poſſunt, vt patet*.

11 Id quod patet eſt, *omnia*, vt Cardinalis Bonæ verba in *princip. vit. Chriſtian. part.* 2. *cap.*40. vſurpemus, *huius conditionis eſſe, vt nihil adeo Sanctum ſit, quod aliqua ex parte damnari non poſſit, ſi velit homo cenſuræ ſuæ laxare habenas, & quicquid occurrit, in deteriorem partem interpretari*. Ideòque peſſimas illationes fieri peſſimè poſſe quis inficias iuerit? At verò Animaduerſio dicens peſſimas illationes fieri poſſe, quod & nos fieri peſſimè poſſe non diffitemur, in illationibus exindè promendis manum tamen operi prudentiſſimè non admouit, perpendens non niſi illationes illas excerpi rectiſſimè poſſe, quæ Scripturæ, Patrumque teſtimonijs adhærere probantur.

12 Quod vt quodam in colloquijs hominum more explicemus: alius eſt, qui orando clamat, qui petit; alius qui clamantem exaudiat, petenti concedat. Interdum quis clamat, ſed non eſt, qui clamantis vocem exaudiat. Qua de re Abacuc. *in Cap. I.* queritur: *Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies?* Clamabat ad Deum Propheta, ſed clamantis vocem Deus non audiebat, ſeù audire diſſimulabat, vt phraſi vtamur Gregoriana in illo Iob.: *Ecce vim patiens clamabo, & ne-*

*nemo exaudiet*: *Moral. lib.XIV. cap.*14. Hinc Dauid antequam oret, ſuam ante omnia orationem poſcit audiri: *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ, quoniam ad Te orabo Pſalm.* 5.; Sciens, quod, ſi orationi pateant aures Domini, quibus congrui clamoris ſupplicatio dirigitur, ſique vocem petentis dignanter audiant, in rebus petitis clementer facillimè reſpondent. Nàm vt *in Iob cap.XIX. verſ.*7. acutè Pineda de verbo *audire, & reſpondere* notat: *Hæc ſunt inter ſe nexa, vt qui audit reſpondeat; qui non reſpondet credatur non audiuiſſe*; proindeque noluiſſe concedere. Quod D. Gregorius *in Pſalm.VI. Pænitentiali verſ.*2. affabrè exemplo huiuſmodi exponit: *Dum Potens quilibet ſupplicantem aliquem audire negligit, quaſi primo aditu repulſus, exaudiri, qui ſupplicat diffidit; ſi verò qui rogatur primò libenter audire cœperit, & aliis poſtpoſitis negotiis, verbis ſolummodò rogantis intendere, continuò ille, qui rogaturus aduenit, quamdam concipit impetrandi fiduciam, & ipſa quodammodò ſpe animatus, ſuam liberiùs proloquitur cauſam. Magnum quippè bonæ voluntatis ſuæ Dominus illi dedit indicium, cum loquenti ſe præbuit incunctanter intentum.*

13 E' contra magnum Deus dat contrariæ voluntatis indicium, cum orantem non audit, nequit aures clamanti præbet attentas; ac propterea qui clamat non audiri percipiens, quæ petit ea impetrare poſſe diffidit. *Nam Deus*, ſunt verba Lorini in Pſalm. CXXIX. verſ. 2., *quando non præſtat ea, quæ petimus, ita ſe gerere videtur, ac ſi non attenderet ad vocem noſtram.* Imò vt cum phraſi Dauidica loquamur, auertere potiùs videtur faciem ab orante, eiuſque orationem repellere. De quo Propheta *in Pſalm. LXXXVII. verſ.*15. conqueritur dicens: *Vt quid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me?* Non quod Deus non benignè ſuſcipiat orationem ad eum clamantis; Sed quia petita ad petentis voluntatem miſericorditer concedere non vult. Qua de re Guerricus D. Bernardi non minus quoad Sanctitatem, quàm quoad doctrinam germanus Diſcipulus in *Sermone II. de S. Io: Baptiſta* inter opera eiuſdem Magiſtri *vol.*3. *col.*1125. *F.* in hęc verba ſcribit: *Clamans ad eum, nec exaudit te: vis accedere ad eum, & repellit te: decernis rem, & in contrarium tibi cedit; & per omnia ferè in duritia manus ſuæ aduerſatur tibi. O diſſimulatrix clementia, quæ duritiam te ſimulas: quanta pietate pugnas aduerſus eos pro quibus pugnas!*

14 His prænotatis Ven. Marianna obedientiæ Superiorum præcepto coacta, infirmo illo morituro vitam à Domino petiit, pulſauit, clamauit, iterum iterumque ac ſæpe ſæpius: at percipiens ſe non audiri, ſibi non aperiri, ſibi non reſponderi, imo orationem repelli ſuam, interrogata ab eius Confeſſario *come ſtaua*? ille prù cuius ſanitate ad Deum orauerat: *Riſpoſe* (Serua Dei) *che ſi moriua. Et interrogandola*, idem Director, *perche o come lo ſapeua? diſſe: perche non l'hò potuto raccommandare à Noſtro Signore*, Qui auribus percipere noluit verba orationis, meumque prò eo intelligere noluit clamorem. Profectò Serua Dei, quæ artem orandi optimè callebat, ſenſu intimo planè percepit Deum nolle corporis ſanitatem morituro concedere, quia, vt nunc Hominum more expoſuimus, Deus audire diſſimulauit, aures non præbuit attentas, pulſanti non aperuit, imò orationem eiuſmodi repulit. Serua Dei orationis expertiſſima intimo, inquam, ſenſu planè percepit quod inexperti tamen quo modo percipi poſſit intelligere nequeunt: hic perbellè quadrante illo Auctoris *Scalæ Paradiſi*, ſiue *de modo orandi*, *Cap.VI.* inter Opera D. Auguſtini tom.6. col.165. = *Cur ineffabiles & inenarrabiles affectus verbis communibus*

*nibus conamur exprimere?* *Inexperti talia non intelligunt, niſi ea expreſſius legant in libro experientiæ, quos ipſa doceat vnctio.*

15 Et planum iam factum illud *perche non l'hò potuto raccomandare*, vt arbitramur. Sed ſi adhuc in eo Animaduerſio ſubſiſtit fortaſsè putans, in his, quæ diximus, ſenſus noſtri ſomnia potiùs nos ſecutos fuiſſe: audiat Orationis Magiſtram, quæ quod in libro experientiæ didicit, illud eos docens qui in experientiæ libro legere nequeunt, inenarrabilem modum in hunc modum exponit: *Quello di che Io più mi merauiglio è, che quelle coſe, e grazie, che vede il Signore che non conuengono, NON POSSO, bench' Io voglia, PREGARNELO; ma con ſi poca forza, ſpirito, e penſiero le domando, che per molto che io procuri sforzarmi, è IMPOSSIBILE: il che non mi accade in altre coſe, che il Signore vorrà concedere, perche MI ACCORGO Io, che POSSO chiederle più volte, e con iſtanza, ed ancorche Io non mi regga con queſta ſollecitudine, ne ſtia con tal penſiero, pare nondimeno, che del continuo mi ſi rappreſenti dauanti.*

16 *Grande è la differenza di queſte due maniere di chiedere, ne sò come dichiararla: imperoche ſe bene domando vna coſa (che non laſcio di sforzarmi di ſupplicarne il Signore, benche Io non ſenta in me quel feruore, che in altra tuttoche molto mi premano) è come chi tiene ligata la lingua, che quantunque VOGLIA parlare, NON PVO'; e ſe parla è di maniera, che VEDE NON ESSERE INTESO. Mà quando il Signore vuol fare la grazia è come chi parla chiaro, e deſto a chi vede che volentieri l'aſcolta. Qual primo modo di chiedere è come di chi domanda (per dir così) colla ſua bocca in orazion vocale: il ſecondo è come di chi ſtà in contemplazione altiſſima, doue ci ſi rappreſenta il Signore di MANIERA CHE SI CONOSCE, CHE CI ASCOLTA ED INTENDE, e che Sua Maeſtà ſi rallegra, che gli lo chiediamo, e che ci vuol fare la grazia*: Sancta Thereſia in eius vita *cap.*35. §.5. & 6.

17 VI. Ex relatione Vitæ Seruæ Dei *Proceſs. fol.*601., quod ipſa narrauerit, quod adſtantibus Santiſſimo orantibuſque quatuor Religioſis, ipſa etiam orans cum interrogauerit *interiormente: Signore qual ti ama più di queſti? Gli riſpoſe S. Maeſtà: Tù*

18 VII. Ibidem *fol.* 579., quod dixerit, quod cum ſolita eſſet ad Eccleſiam pergere *per vna ſtrada più ritirata, ſe ben poco pulita*; cumque *vn giorno* vidiſſet illam *tanto ſcopata, e netta*, præ admiratione capta inter admirationem perſpexit *Noſtro Signore Gesù Criſto coll'occhi dell'anima* ipſi Dei Seruæ dicentem: *Per Te ſi è nettata.*

19 VIII. Ibidem *fol.* 580., quod comedens *alcuni frutti*, gratiaſque Deo agens *per auerli mandati tanto a tempo*, vt neceſſitati, quam patiebatur, ſubueniri poſſit, Serua Dei dixerit audiuiſſe Dominum: *che daua per ben impiegato di auerli creati acciacche li mangiaſſi.*

20 IX. *Citat. Proceſſ. fol.*416., quod manifeſtauerit: *che l'Angelo Cuſtode del S. Rè Dauid glie lo diede Noſtro Signore per ſuo Angelo Cuſtode.*

21 Quatuor iſta quæ §.51. & 52. Animaduerſio adducit ex iis quæ contra humilitatem Dei Seruæ congeſſit, vnica reſponſione ab iactantiæ nota vindicantur: nimirum ea Ven. Mariannam non narrauiſſe niſi Directori & Confeſſario, cui præterea tanquam Spiritus eius Directori palàm facere neceſſe habebat; etiam quia, vt eiuſmodi fauores Diuini referrentur in Vita, quam ſcripſit Pater Ioannes Baptiſta laudatus eius Director, obedientiæ præceptum acceſſerat, vt ex Teſte CXXX. Proceſſus Apoſtolici eius Confeſſario, qui *fol.*2506. teſtatur *la ritiratezza grande, che aueua in parlare delle grazie, che Noſtro Signore la faceua &c. poiche fù ne-*

*ceſ-*

*ceſſario per dire al Teſtimonio quello che le diſſe, metterle precetto di obbedienza, ed il medeſimo quando diſſe al Padre Gio. Battiſta del Santiſſimo Sagramento quello, che ſtà riferito nel detto libro* : & legitur etiam in ipſa *citata vitæ relatione*, quam Serua Dei dictante ſcripſit idem eius Director, in hæc verba : *L'obedienza puol'aſſai, per la quale ſempre hò procurato gouernarmi, ſe bene con molti difetti, come quella che ſono. Sa la Diuina Maeſtà, nella cui preſenza ſtò, quanto penoſo, e difficile mi ſia ſtato dar principio a queſt'opera &c. ſentendo per la bontà di Dio L'INDEGNITA', E BASSEZZA MIA, e quanto più giuſta coſa ſaria publicare i miei diffetti, e mancamenti. Proc. fol. 567.*

22 At Animaduerſio *in cit.* §. 51. vrget propterea contra V. & VII. quas mox ſupra retulimus reuelationes : quoad primam *ex incongruitate interrogationis, & curioſitatis, atque ex qualitate ipſa reſponſionis ad id, quod quæſitum non fuerat* : quoad alteram ex eo quia fiat *mentio della ottaua del Santiſſimo Sagramento, quando viæ repurgantur*.

23 Quoad hanc : non quia in eodem folio Proceſſus in alia re planè diuerſiſſima fit mentio *dell'Ottaua*; idcirco inſimulari poteſt reuelatio, quaſi quod via repurgata fuerit ea de cauſa, non autem quamobrem oſtendit reuelatio. Inanis prorſus huiuſmodi arguendi modus : idem Proceſſus folium, res omninò diuerſiſſimæ in eo relatæ; non amplius ergò diuerſiſſimæ, ſed vna eademque res. Alia quippe, ſi poſſit, ſi reuelationem carpere velit, Animaduerſio proferat argumenta; cum eiuſmodi, propterea quia ſponte ruit ſua, confutatione non eget.

24 Quoad illam : clariùs plana fiet ſi contextum relationis omnem exponamus. Refert Director eius in hæc verba : *Vedde quattro Religioſi, che ſtauano* (coram Sanctiſſimo) *inginocchiati &c. delli quali aueuano tutti, e lei ſodisfazione delle loro gran virtù, e lei ſi rallegrò di vederli, e le fece tanta deuozione, che quaſi ſenza poter più, e con gran giubilo ſi voltò a Noſtro Signore, e gli domandò interiormente, qual ti ama più di queſti? e ſubito le riſpoſe Sua Maeſtà nell'intimo della ſua anima, Tu; dalla quale riſpoſta rimaſe molto confuſa, e facendo atti di propria cognizione della ſua grande indegnità.*

25 Si cordis interrogationem *qual ti ama più* attendamus : quis non percipit feruentiſſimi fuiſſe affectus effectum? Vidit Marianna Religioſos orantes, vidit *e ſi rallegrò molto di vederli* ſuum benedicentes Dominum : *di vederli* Dilectum ipſius benedicentes Sponſum. Vidit, inquam, ac videndo Ancilla Dei fecit ſuum illud Pſaltæ : *Concaluit cor meum intra me* Pſal. 38. atque magis magiſque exardeſcente amoris igne cor planè ebulliens intra ſe incendium cohibere non ſubſtinens, *ſenza poter più, e con gran giubilo* flamma amoris ex ſeipſa foras erupit, eructans cor eius verbum illud amantis *qual ti ama più*? Vim ergò amoris inflammatum cor Sponſæ non ſubſtinens, ad dilectum ſuum ex corde cor eructauit verbum illud amoris ignitum; quod cohibere, & cui modum imponere Sponſa non poterat : *Che ſenza*, inquam, *poter più*, amoris incendio vrgente eructauit. Vndè ad rem rectè D. Bernardus : *Quas tu tuo ructui leges imponis, vel regulas? non recipit tuam moderationem, non à te compoſitionem expectat, non commoditatem, non opportunitatem requirit. Per ſe ex intimis non modò cum non vis, ſed & cum neſcis, erumpit euulſus potius, quàm emiſſus* : Sermon. 67. num. 4. in Cantic. Quorſum igitur quod, Mariannę cor interrogationem eiuſmodi incongruè eructauiſſe, Animaduerſio dicit?

26 Si Diuinam illam reſponſionem *Tu*, quam, adducto Ioſepho Lopez *in*

 *Lu-*

*Lucern. Myſtic. tract. 4. cap. 19.*, potiùs fuiſſe ſuaſionem propriæ imaginationis, ſuique humani Spiritus motionem inani gloria turgentis, Animaduerſio inferre conari videtur : Si reſponſionem, inquam, attendamus : Ecquiſnam Diuini Spiritus fuiſſe inficias iuerit? Diuinæ reſponſionis diuinum Animaduerſio videt effectum, *facendo* Serua Dei *atti di propria cognizione della ſua grand'indegnità*; & non quidem Diuini Spiritus, ſed Spiritus humani humanæ vento gloriæ inflati ſuaſionem fuiſſe ſibi Animaduerſio perſuadere conatur. Cui opportunè occurrens in *Sermone XXIII. de Diuerſ.* D.Bernardus aptiſſimè ſcribit : *Videri enim poteſt minus eruditis, & qui parùm exercitatos habent ſenſus, omnem cogitationem non alterius, quàm ipſius humani Spiritus eſſe ſermonem.* Hinc Spirituum diſcretionem exponens : *Sed quoniam*, inquit, *ſpiritualis omnium natura eſt, à Sermonibus eorum cognoſcemus eos : & quis Spiritus ſit qui loquatur ipſa ſuggeſtio declarabit. Semper enim Spiritus carnis mollia, Spiritus Mundi vana, Spiritus malitiæ ſemper amara ſuggerit.* At verò Spiritus, qui in Marianna loquebatur vanitatis odium eidem intimè ſuggeſſit, propriamque abiectionem, & contemptum, incitans eam ad veram humilitatem, atque *ad atti di propria cognizione della ſua grand'indegnità* : quomodonam ergo humanus; quomodonam non Diuinus? atteſtante ibidem eodem S. Doctore : *Quoties verò ſuper humiliando corde ſalubris cogitatio in mente verſatur, Diuinus ſine Dubio Spiritus eſt qui loquitur* : atque alibi de ſeipſo : *Quod ſi ſe pariter inſuderit humilis quædam deuotio, vt amor agnitæ veritatis neceſſarium quoddam odium vanitatis in me generet, & contemptum &c. tunc prorſùs paternè ſentio agi mecum, & Patrem adeſſe non dubito.*

27 X. Ex *Summario pag.* 180. §. 18., quod de Statua Beatiſſimæ Virginis, quæ Valliſoleti delineabatur, dixerit : *da riuſcir tanto bella, che ha da eſſer molto ſimile a quella del Cielo.* Quod Animaduerſio *in cit.* §. 52. quaſi accipiens ex reuelatione Diuina Seruam Dei cognouiſſe Statuam illam fore eiuſmodi, ſine neceſſitate præ inani gloria eamdem illud palàm feciſſe obiicere non dubitat.

28 Eruditæ Animaduerſioni ex Bernardo, vt ſupra diximus, docente minus eruditis parumque exercitatos habentibus ſenſus videri humani Spiritus omnia eſſe, cum plurima ſint Spiritus Diuini : eruditæ, inquàm Animaduerſioni videtur Spiritus Diuini reuelationem fuiſe, quam Marianna prodidit, ſtatuam nempè ſcalpendam *da eſſere molto ſimile a quella de Cielo.* At nobis minùs eruditè rem ipſam ex re ipſa rudi minerua perpendentibus, non niſi humani intellectus ratiocinationem fuiſſe, videri ingenuè fatemur. Non de induſtria ita profitemur quaſi, ſi reuelatio ſit, ab inani gloria in illius manifeſtatione Seruam Dei vindicare diffidamus. Quis enim non videt, Ancillam Dei, quæ Virginis ſtatuam fieri ſe curaturam Virgini promiſerat; quæque eiuſmodi opus faciendum hortatu precibuſque piæ Matronæ ſuaſerat : Opere vix incæpto, iam iam moritura corde recogitans vt cæptum perficeretur opus, ad Matronam illam in bono propoſito, vt libenti animo pergeret porrò facere quod incæperat, confirmandam : ad illam ità confirmandam, inquam, non ad inanem gloriam captandam quis Ancillam Dei dixiſſe non videt? *TENEVA* Dei Serua *TANTO NEL CVORE*, Teſtis inquit, *CHE QVESTO*, opus quod diximus, *AVESSE EFFETTO, CHE, ſtando quaſi agonizando &c. facendoſi il diſegno della detta Imagine &c. DISSE alla detta Signora &c. ha da riuſcir tanto bella, che ha da eſſere molto ſimile a quella del Cielo.*

29 At nobis, vt diximus, rem ipſam perpendentibus, mentis humanæ ratiocinatio videtur. Hæc enim eſt illa Statua, de qua ſupra in Reſponſione ad Animaduerſionem V. diſſeruimus, vbi oſtendimus, quod Serua Dei *perſuaſe alla Signora D. Eluira, che faceſſe vn Imagine di opera eccellente fatta da vn Maeſtro celebre* : atque vt ipſamet D. Eluiera teſtatur: *A' iſtanza, e prieghi, che* Serua Dei, *le fece, comandò la Teſtimonia, che ſi faceſſe vu Imagine di Scultura eccellente*. Cum igitur iam delinearetur *facendoſi il diſegno* : cumque delinearetur *da vn Maeſtro celebre*, atque ita delinearetur, vt ſtatua ſuccederet *di ſcultura eccellente* : rectiſſimè, propterea Ancilla *D*ei arbitrans, quod ſcalptor, cuius tota non in alio, quàm in ſola exemplaris quod ſibi imitandum proponit imitatione, conſiſtit excellentia : quod ſcalptor, inquam, qui erat *vn Maeſtro celebre*, celeberrimum vtì decebat Opificem, non niſi ſtatuam delinearet ſecundùm formam, conformationemque, quas de Beatiſſima Virgine ferunt Annales, vt apud Nicephorum lib. 11. cap. 23. : *Mores autem; formæque & ſtaturæ eiuſmodus talis, vt inquit Epiphanius, fuit . . . ſtatura mediocri, quamuis ſint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem exceſſiſſe dicant : Colore fuit frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus ſubflauas, tamquam oleæ colores pupillas in eis habens : Supercilias ei erant inflexa & decenter nigra; Naſus longior, labia florida . . . Facies non retunda, & acuta, ſed aliquantò longior; manus ſimul & digiti longiores.*

30 Ad imitationem ergò conformationis eiuſmodi : *Facendoſi il diſegno di ſcultura eccellente da vn Maeſtro celebre*, ac propterea *molto ſimile a quella del Cielo*, cuius formam modò deſcripſimus; Ancilla Dei *che teneua tanto nel cuore*, quod opus delineari cæptum *aueſſe l'effetto*, dixit *alla detta Signora*, cui ſtatuam faciendum ſuaſerat : *ha da riuſcire bella, che hò da eſſere molto ſimile a quella del Cielo* : Ancilla Dei, inquam, animorum cauſa dandorum eidem Matronæ, eamdem ab optato felici euentu in opere perficiendo confirmans *diſſe*, quod, vbi ad effectum operis veniretur, cæpto eiuſmodi *molto ſimile a quella del Cielo* delineamento proſperè ſtatua ſuccederet. Vbi re ipſa euentus demonſtrauit, cum ſucceſſerit *opera eccellente fatta do Maeſtro celebre in tal modo, che è di ammirazione a quelli, che la vedono, e cauſa ſingolar diuozione* ; *Summario pagin.* 178. §. 12. Nàm quemadmodum ponuntur initia, ſcribebat Tullius ad Atticum, *ſic cætera ſequentur*. Libr. 10. Epiſt. vlt.. Niſi fortè quis dicere præterca velit Ven. Mariannam prædixiſſe, cum illud dixerit iam iam moritura *ſtando quaſi agonizando* ; tunc cum Animam vi naturaque ſua prædicere nonnulla poſſe; & plurima aliquando re ipſa morituros naturaliter prædixiſse fertur a pleriſque, videre licet apud Rejes Fran. in *Eliſ. iucund. quæſt. Camp.*, *quæſt.* 27. Ficinum *Part.* 2. *Occult.* Lazarum de Soto *in Animaduerſ. Medic. Cap.* 7. *nu.* 30. Anton. Beneuent. *lib. de Abdit. cap.* 10. Arethæum *lib.* 11. *Acut. cap.* 4., alioſque.

31 XI. Ex Summar. pagin. 257. & 258. §. 13. ex dicto Teſtis XCIII. referentis : *Che la Serua di Dio era Prelata della Teſtimonia &c. come tale &c. vna mattina &c. la detta Serua di Dio la comincio a riprendere facendole carico di quello, che aueua fatto quella notte &c.* Hinc Teſtis nequaquam dubia *che quella lo ſeppe per ſpirito di profezia*, petiit tamen ab eadem Dei Serua : *Che le FACESSE CARITA' di dirle PER AMOR DI DIO ſe alcune coſe ſimili &c. glie le riuelò Iddio, o come le ſapeua, e le riſpoſe che in fatto di verità nell'orazione glie le communicaua Noſtro Signore; e replicandole la Teſtimonia, ſe QVESTO era SEMPRE, e commune a TVTTE*

*le coſe, perche deſideraua la Teſtimonia ſapere ſe lei le conoſceua* *TVTTI LI SVOI PECCATI*, *le riſpoſe in fine, a te ti voglio dire ogni coſa; che per te non vi è coſa ſecreta*; *DI QVESTO* (quod ſcire cupis an *ſemper*, atque *omnia* tua peccata mihi Deus manifeſtet) *NON VI E ALTRO che QVELLO che VVOLE Iddio, E QVANDO lui VVOLE.*

32 Hic Animaduerſio reprehendit Mariannam, eamdemque inanis gloriæ accuſat, tranſcribens *in citat.* §.52. in hunc modum, maximis tamen literis, verba Teſtis: *in fine a te ti voglio dire ogni coſa, che per te non vi è coſa ſecreta*; atque ſubiungit dicens. *Quibus verbis appareat ſuadere voluiſſe, ſe certam eſſe de Diuina reuelatione quoad OMNIA, & etiam in FVTVRVM, quod non videtur abeſſe poſſe a præſumptione proprii meriti.* Equidem nos nihil reprehendendum in eo reperimus, ſi totum Teſtis dictum perlegamus, quemadmodum mox totum legimus; ac quemadmodum antequam reprehendamus, non poſſumus nos non totum legere, ne nobis meritò D. Auguſtinus illud obiiciat: *Nihil reprehendas, niſi cum totum legeris, atque ita minùs reprehenderis.* Cap. 1. lib. de Mend. Quid enim cauſæ erit, quare Mariannam iactantiæ accuſabimus comminiſcentes quaſi eam generatim dicentem ſe certum de reuelatione *quoad omnia*, & ſemper *in futurum*, cum eius Diſcipulæ ob cordis, quam diximus, ſcrutationem perterritæ, atque idcirco roganti *dirle per amor di Dio ſe ſempre e tutti li peccati li conoſceua*: cum Diſcipulæ, inquam, quoad ſua peccata ſcire roganti dumtaxat reſpondiſſe legamus, ſe nihil aliud *di queſto* ſcire, niſi QVELLO *che* VVOLE *Iddio*, E QVANDO *lui* VVOLE?

33 XII. Ex Proceſſu fol.2730. à tergo quod eius Confeſſario, qui *auendo chiamato due volte in quelle ſettimane queſta Serua di Dio perche andaſſe a viſitare alcuni infermi*; quique propterea metum ſuſpicionemque habens ſe illi præbuiſſe occaſionem, *che andando tanto a veder'infermi aueua mancato alla freguenza, che ordinariamente aueua nell'orazione*: quod eius Confeſſario eiuſmodi ſcrupulum ſuſpicionemque habenti, antequam tamen ille *diceſſe coſa alcuna, nè moſtraſſe nel ſuo eſteriore ſegni di eſſo*, Serua Dei ſcrutans illius cor dixerit: *Padre mio non li dia pena a Voſtra Reuerenza, ne penſi, che ſe bene eſco a viſitar'infermi, e communico colla Creatura perdo vn punto della preſenza di Dio, che ben sò, che mi vuol dir queſto.*

34 Animaduerſio *in* §. 53. aliter id accipiens vrget contra Mariannæ humilitatem in hæc verba: *Summet Confeſſarium volentem illam admonere, ipſa ad huiuſmodi admonitionem vitandam (quæ non ſine fructu ſaltem humilitatis futura erat) præuenire non deſtitit illis verbis: Padre non li dia pena a Voſtra Reuerenza, ne penſi che ſe bene eſco a viſitare infermi &c. perda vn punto della preſenza di Dio.*

35 Confeſſarium ſcrupulus pungebat, ſtimulabatque ſuſpicio: ſed ſcrupulus eum pungebat, propterea quia Seruæ Dei præceperat *due volte in quella ſettimana perche andaſſe a viſitare alcuni infermi*: ſuſpicio ſtimulabat eum, propterea quia *andando tanto*, vtì ipſe Mariannæ præceperat, *a veder'infermi*, ſuſpicabatur eamdem defeciſſe *nella frequenza, che ordinariamente aueua nell'orazione*. Interea temporis Patre luminum mentem Ancillæ ſuæ illuminante, cognouit occulta cordis illius: cognouit, atque eidem eiuſmodi acerrimis ſcrupuli ſuſpicioniſque ſtimulis excruciato compatiens, cordiſque ſcrutationem, quam manifeſtandam ad illius vtilitatem Deus dederat, ad illius vtilitatem Ancilla ſua manifeſtans, vt ex illius animo ſcrupulum euelleret, ſuſpicionemque omnem de-

deleret, dixit illi quoad ſcrupulum : *non le dia pena à voſtra Reuerenza*: quoad ſuſpicionem : *ne penſi che ſe bene eſco a viſitare infermi, e comunico colle Creature perda vn punto della preſenza di Dio*.

36 Quorſum igitur ſpectat illud Animaduerſionis : *ſuummet Confeſſarium volentem illam admonere*? quorſum illud : *ipſa ad huiuſmodi admonitionem vitandam præuenire non deſtitit Padre non li dia pena, ne penſi*? Admirabile quippe Animaduerſionis acumen! nam vt rectè Ariſtoteles *lib. 3. Rhetor.* ſecundùm Majoragium dicit, *ſolertis acutiquæ eſt cernere quid in rebus multùm inter ſe diſtantibus ſimile ſit*: admirabile, inquam, acumen, quo diſſimillima ſimillima faciens, ſcrupulum ſuſpicionem Confeſſarij vertit in admonitionem : & charitatem Seruæ Dei cor illius diuinitùs ſcrutantis, ſcrupuloſo ſuſpicioſoque illi compatientis, ac ſcrupulum ſuſpicionemque, quæ illum pungebant, ex illius animo propterea delentis: & charitatem, inquam, eiuſmodi mirabiliter vertit in ſuſpicionum illam, quod eadem admonitionem voluerit effugere. Niſi potiùs rectiùſqu dici velit quod Animaduerſio ſcrupuloſum ſuſpicioſumque ſpectans Confeſſarium, perbellè ad animum illo Ouidij veriùs translato

*Dum ſpectant oculi læſos læduntur & ipſi*
*Multaque Corporibus tranſitione nocent*:

ſcrupuloſum ſuſpicioſumque igitur ſpectans, in ſcrupulum ſuſpicionemque ipſa itidem inciderit. Verùm enim verò ex hoc ipſo ſperamus, quemadmodum Ancilla Dei occulta cordis Confeſſarij ſcrutans præ charitate ſcrupulum ſuſpicionemque ex illius animo avulſit : ita in Animaduerſionis oculis Confeſſarius iam omni ſcrupulo ſuſpicione ſolutus; imò futurum ſcrupulum ſuſpicionemque Animaduerſionis quaſi præuidens, ex iſtius animo ſcrupulum tollet ac ſuſpicionem omnem; nam omni ex parte commentitiam admonitionem admonitioniſque effugium deſtruit, dum veram ſuſpicionem ſcrupulumque ſuum manifeſtiùs alibi prodit : *Il Teſtimonio ebbe qualche dubbio*, nempè ſuſpicionem : *ebbe*, inquit in depoſitione ordinaria in Proceſſu Apoſtolico compulſata, *qualche dubbio, e ſcrupolo, ſe queſto foſſe ſtata cauſa d' inquietarla, e diuertirla dall' orazione, e preſenza di Dio &c.*: *Ella conoſcendo il ſuo intrinſeco, e ſpirito, diſſe al Teſtimonio : Padre giamai manco dalla preſenza di Dio*: *Proc. fol. 303. à ter. in fin.*

37 XIII. Ex Summario generatim accepto, ac nullo adducto Teſtimonio contra Mariannæ humilitatem, non Teſtibus, ſed verbis arguit Animaduerſio in *citat.* §. *Dicens*: *Inſtrumenta pœnitentiæ viſibili loco in Domo Seruæ Dei expoſita, & relictus paries ſanguine aſperſus, de quibus ſæpè in Summario fit mentio*. De quibus ergò ſi ſæpè in Summario, numquid vſque adeò moleſti erimus ſapientiſſimis Patribus, vt, Animaduerſionis ab omnium vti par eſſet enumeratione partium refellendæ cauſa, totum tranſcribamus Summarium? Enim vero nulla alia aptior hic quadraret quàm illa contra Erucium prò *Sex. Roſcio Amerino* Tullij reſponſio dicentis : *De quibus quoniam verbo arguit, verbo ſatis eſt negare. Si quid eſt, quod ad Teſtes reſeruet : ibi Nos quoque, vt in ipſa cauſa, paratiores reperiet quàm putabat*.

38 XIV. Ex *Summario pag.* 194. §. 18., quod piæ Matronę inuitanti Mariannam, vt domum ſuam iret *à dormire*, ſciens Serua Dei domi eiuſdem Matronę eſſe Virum illius, reſpondit dicens *con vno ſpirito notabile, ed vna integrità particolare : queſto nò Figlia, e non ci fù rimedio, che vi anduſſe; ed' altra volta aggiunſe : queſto nò ancorche fuſſe mio Padre*.

39 Tantam Ancillę Dei puritatis cuſtodiam poſtremo loco Animaduerſio quaſi affectatam prę inani gloria ſupponere videtur ex eo, *quod illa cum Viris*, ſunt eius *in citat.* §. 53. verba, *etiam tractabat, & epiſtolia ſcribebat, & quod non erat admodum inuita, vt ſignanter à Magnatibus viſitaretur*, *vt ſparſim ſupra innuimus*.

40 Inuitanti Matronę Marianna non affectatè, & glorię captandę cupida reſtitit; Sed certè reſtitit illud D. Hieronymi *ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis* prę oculis habens: *Ad hominis coniugem Dei Sponſa properas? Diſce in hac parte ſuperbiam Sanctam*. Nec tantam puritatis cuſtodiam rectè dicemus affectatam ex eo quia aliundè conſtet, cùm Viris officia tractare pietatis eamdem non timuiſſe. Etenim cum id non niſi directorum obedientia cogente, charitate impellente prò honeſtiſſimis aliquando non recuſare officijs cogeretur; tunc certè nè de ſuſpicione quidem cogitare poterat, nec propterea ſibi timebat, nec timere debebat, nàm vt affabre notat Calad. in Iudith. IX. *verſ.* 8. *num.* 161. = *Non eſt valdè glorioſa res Caſtitas, quæ . . . . nimis ſibi timet*. Atque in eiuſmodi officijs exhibendis verè quadrare videtur illa Maldonati Sententia: *Simplex eſſe debet, & non nimis ſuſpicioſa Virginitas, quæ . . . . etiam de alijs, vt ſe ipſam tueatur, ſuſpicando quodammodo maculatur*: *in luc.* 1. *verſ.* 29.; Prudentiſſimè igitur inuitante Muliere recuſauit, quod laudabiliter aliquando facere non renuit obedientia cogente, charitate impellente. De quibus quia tùm quoad epiſtolia, tùm quoad ſecularium conſortia, tùm etiam quod quare ab ijs viſitaretur paulò ante tractauimus in *Reſponſione ad Animaduerſion. V.* idcirco opus non eſt hìc ea repetere.

41 Quod verò ſpectat ad illud: *non erat admodum inuita, vt ſignanter à Magnatibus viſitaretur*: longiore non eget reſponſione, quàm delendum ly *non*: quo deleto in veriſſimam Animaduerſionis libentiſſimè ibimus ſententiam: *erat admodum inuita, vt ſignanter à Magnatibus viſitaretur*. Neque immeritò delendum dicimus, vtpote quod ipſa inuita admodum Animaduerſione, potiùs mendosè irrepſiſſe luculentiſſimè conſtat ex teſtimonijs *in Summario num.* 13. relatis, quæ, quantopere Magnatum abhorruerit viſitationes, fidem perhibent. Quid dicimus ex illis teſtimonijs? imò ex ipſius Animaduerſionis teſtimonio, quæ cum ſententiam illam profiteatur excerpſiſſe *ex Summario numer.* 33. *per tot.*, quem allegat ad illam probandam, & in quo probatur quàm maximè inuita: quis vſque adeo tardus, qui non percipiet ſententiam Animaduerſionis intelligendam eſſe teſtimonijs, quæ prò illa profert, conſentaneam? quis, inquam, non percipiet mendosè idcircò irrepſiſſe ly *non*; Ac propterea ipſamet Animaduerſione teſte delendum? En genuinam teſtimoniorum, ſeù Animaduerſionis ſententiam ex citato numero 33., quem prò ſua ſententia allegat: *Occorreua venire alcune Signore titolate a vederla, e lei* SI AFFLIGGEVA, *che le tali perſone la veniuano a viſitare* §. 3.: *La vedeua la Teſtimonia tanto riſtretta, ed* AFFLITTA *di vedere, che faceſſero conto di lei dicendo: Io non sò di che fanno conto, eſſendo io tanto miſerabile: e queſto con* VN' AFFANNO, ED ANSIETA' GRANDISSIMA § 16.: *Staua piena di queſta ricchiſſima virtù*. Humilitatis, NON APPETENDO *gli onori, nè inuanendoſi in quello, che li faceuano tante Signore*: §. 17.: *L'era* GRAN TORMENTO *la ſtima, che ne faceuano, in che ſi conoſceua la ſua gran vmiltà* §. 29.: *Era* MOLTO INIMICA *delle occaſioni di autorità* §. 34. *in fin.*: *Per lei non vi era* MAGGIOR TORMENTO, *che vedere, che faceuano ſtima di lei*: §. 46.: TEMEVA *tanto, che l'onoraſſero, che quando ſentiua qualche cocchio, che ſi accoſtaua verſo la ſua caſſetta*, LE PESAVA *&c.*, *e così deſiderò aſſai di partirſi*

*da Madrid ad vn Conuento, che ſtà auanti Ribas, che è come vn Deſerto, per non eſſere quiui conoſciuta; perche ſicome gli altri appetiſcono gli onori, queſta Serua di Dio* LI FVGGIVA *eſſendo eſempio di vmiltà* §. 56.

42 Enodatis itaque eiuſmodi omnibus, quæ Animaduerſio contra Seruæ Dei humilitatem congeſſit, quaſi quod iactantiæ vento inflata, atque humanæ gloriæ captandæ cupida quædam cęleſtia Dona, & geſta propria manifeſtauerit: nihil ſupereſt verba facere de S. Scripturæ, Patrumque Teſtimonijs, quæ cùm inani eiuſmodi ſuppoſitione Animaduerſio in §. 54. adducit: quippe quæ in manifeſtationibus, quas hactenus expendimus, humillimam noſtræ Seruæ Dei humilitatem ne vel minimùm quidem tangant, vt ex ſupra demonſtratis euidentiſſimè conſtat; cum partim Directoribus Spiritualibus, vt par erat aperuerit partim ad maiorem Dei gloriam, Proximique inſtructionem narrauerit propoſitis ſibi illis apud Tobiam XII. 7. *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt; Opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt*: atque apud Matth. V. 16. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cęlis eſt*.

# *Animaduerſio IX., & vltima.*

OMnia hactenùs tàm in puncto *Releuantiæ*, quàm de *Obſtatiuis* deducta, quamquam *ſingula ſeorſim ſumpta*, inquit in §. *finali* Animaduerſio, *non maximi ponderis fortaſſe ſint futura; Attamen ſimul vnita, non videntur omninò negligenda*, præſertim in hac Cauſa, in qua apud multos dubitatum fuit de releuantia, cum *non agatur de extraordinaria, & eminenti Sanctitate, quæ ſtatim ex lectura vim faciat, trahatque in admirationem*; itaut commodè dici poſſit *non minimum huius Cauſæ obſtatiuum eſſe ipſummet Releuantiæ defectum*.

# *Reſponſio.*

1 QVod ad Sanctitatis eminentiam, atque heroicitatem, quam dicunt *Releuantiam*: cum ſupra pluſquam ad ſatietatem vſque demonſtratum ſit, tanta quanta maxima Ven. Mariannam excelluiſſe Sanctitatis heroicitate; Si iam demonſtrata demonſtrare repeteremus, quiſnam iure nobis non obijceret illud ſatyrici?

*Occidit miſeros crambe repetita Magiſtros.*

2 Quod verò attinet ad Animaduerſionis argumentum, quod quæ hactenus *tàm in puncto Releuantiæ, quàm de obſtatiuis* deduxit, licèt *ſingula ſeorſim non maximi ſint ponderis*, attamen *ſimul vnita non videantur omnino negligenda*: Eiuſmodi argumentum à coaceruatione leuium ſingularum rerum ductum, eſt illud poſtremum eloquentiæ, ad quod Oratores argumentis ad perſuadendum deſtitutos, veluti ad ſacram anchoram confugere docet Ars Oratoria, vt videre licet apud Quinctilianum *libr.5. Inſtit. Orat. cap.12.*, atque apud Ciceronem *in Topicis*. Non hìc coniecturabilem cauſam oratoriè tractamus: Sed veritatem inquirimus, eamque inquirentes argumenta omnia, tùm quoad Heroicitatem, tùm etiam quoad ea, quæ Virtutibus obſtare obijciebantur, omni ex parte diſſoluimus; Ac non quidem leuia eſſe, ſed nullius planè momenti eadem oſtendimus. Adeoùt hìc eloquentia arte ſua nihil etiam valeret; Quomodonam ex ſingulis nullius ponderis coaceruatis poſſet argumentum alicuius ponderis

ris vnquam effici ? Numquid coaceruare ponderis expertia, pondus ex non pondere facit ? Cæterum eiuſmodi argumentorum genus Arti Oratoriæ relinquimus non verentes, ne veritatem illam, quam veritatis amore inquiſiuimus, nempè quod V. Marianna

*Innocens vitæ ſceleriſque pura.*

tanta quanta maxima heroiciſſimè floruerit Sanctitate: Ne veritatem eiuſmodi, inquam, infirmare vèl minimùm poſſint tùm ſingula cùm vniuerſa, quæ ſumma cum eruditione ac pari eloquentia Animaduerſiones protulerunt argumenta; Quæque Nos minùs licèt eruditè ac minùs eloquentèr, omninò tamen confutauimus. Nàm vt ipſe Tullius eloquentiæ Pater in *Oration. prò P. Quinctio* fatetur: *Non enim omnia ſunt in eloquentia: eſt quædam tamen ita perſpicua veritas, vt eam infirmare nulla res poſſit.*

Quare &c.

*Dominicus Colmeta Aduoc.*
*Ioſeph Luna.*

REVISA

*Ioannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.*

# SVMMARIVM
## *ADDITIONALE*

Num. 1.

### TOLETANA.

*Beatificationis, & Canonizationis Ven Seruæ Dei Mariæ Annæ de Ieſu Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.*

CVM ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali Belluga Ponente Cauſæ Beatificationis, & Canonizationis Ven. Seruæ Dei Mariæ Annæ de Ieſu prædictæ facta fuerit in Sac. Rituum Congregatione relatio de diligentiis peractis iuxtà Inſtructionem R. P. D. Fidei Promotoris pro reperiendis nonnullis Opuſculis, & Epiſtolis præfatæ Seruæ *Dei*, nempè = A Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Lariſſen Eccleſiæ Toletanæ Adminiſtratore pro reperiendis Hymno *Te Deum laudamus* compoſito in laudem Beatiſſimæ Virginis, & traducto in linguam Hiſpanam; Quodam libro in laudem Sanctiſſimæ Trinitatis incipien. *Beatiſſima Trinità*, necnon nonnullis liberculis ad excitandos Fideles ad pœnitentiam = Ab Eminentiſſimo Epiſcopo Malacitano pro reperiendis Epiſtolis ſcriptis à Serua Dei ad Eminentiſſimum Cardinalem de Trezo tunc Epiſcopum Malacitanum = Et demùm à Reuerendiſſimo Epiſcopo Valliſoletano pro reperiendis omnibus, & ſingulis Epiſtolis ad diuerſas perſonas ab eadem Dei Serua miſſis; Quibus diligentijs ad normam memoratæ Inſtructionis diligenter expletis, cum nihil ex relatis Opuſculis, ac Epiſtolis reperiri potuerit; Sacra eadem Congregatio reſcribendum cenſuit = *Procedi poſſe ad vlteriora*, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro viſum fuerit. Die 10. Septèmbris 1740. Factaque deindè per me Secretarium de prædictis Sanctiſſimo Domino Noſtro BENEDICTO XIV. relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 14. eiuſdem menſis, & anni 1740.

Fr. I. A. Cardinalis Guadagni Pro Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarch. Hieroſolymitànus Secretarius.

Num. 2.

*Peritia Domini Berettini ſuper interpretatione duorum Dictorū Dominæ Eluiræ deVillalobosTe.*

In obſequium reſcripti Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Belluga tamquam Relatoris Cauſæ Beatificationis, & Canonizationis Ven: Ancillæ Dei Sororis Marianæ à Ieſu Ordinis Excalceatorum B. Mariæ de Mercede, recognoui ego infraſcriptus Linguæ Hyſpanicæ Interpres, per Eminentiam Suam in Peritum ad huiuſmodi effectum deputatus, Proceſſum originalem in idio-

*ſtisCXXXII.Pro ceſſ.Informat.*

mate Hyſpanico aliàs auctoritate ordinaria fabricatum ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis dictæ Venerabilis in parte, & partibus à Poſtulatoribus eiuſdem Cauſæ mihi indicatis, ſuper quarum legali interpretatione aliqua ſuborta fuit dubitatio; & primo loco comperij particulam depoſitionis Donnæ Eluiræ de Villalobos regiſtratam in dicto proceſſu originali ſuper *art.* 21., ac ſub infraſcripta formula conceptam videlicèt = Y aſimiſmo eſtando enfermo Don Enrique, que es Francos, y Cappellan del Rey, y ha echo vn Hoſpital para los Franzeſes, y mui apretado, y dadole los Sacramentos, con eſta Teſtigo imbio a pedir a la Madre Mariana, que lo encomendaſe a Dios nueſtro Senor, y ella lo hizo, y con eſta Teſtigo le imbio a dezir ciertas aduertenzias para ſu teſtamento, y eſta Teſtigo le pidio, que la fueſe a viſitar, como lo ſolia hazer con los otros emfermos, en eſpiritu y le dixo, *que le auia viſitado, y echo la ſenal de la Cruz, y que por ſus oraziones, y meritos cobrò la ſalud, y le vino a dar las grazias, porque eſta Teſtigo lo vido.*

**A**

*Interpretatio Dicti ſuper Artic. XXI.*

Recognita autem huius particulæ verſione regiſtrata in traductione eiuſdem proceſſus fol.733. ſub infraſcripta formula; E ſimilmente ſtando infermo Don Enrico (che è Franceſe, e Cappellano del Rè, & hà fatto vn Hoſpedale per li Franceſi) e molto aggrauato, e datogli li Sagramenti, mandò a domandare per la Teſtimonia alla detta Madre Marianna, che lo raccomandaſſe *a Dio, e lei lo fece, e per la Teſtimonia glè mandò a dire certe auuertenze per il ſuo teſtamento*, e la Teſtimonia le domandò, che l'andaſſe a viſitare, come ſoleua fare agl'altri Infermi, in ſpirito, *e le diſſe, che l'haueua viſitato, e fattogli il Segno della Croce, e che per le ſue orationi, e meriti haueua ricuperata la ſanità, e la venne a ringraziare, perche la Teſtimonia lo vidde.* Huiuſmodi ſanè verſio meo iudicio, etiam inhærendo nudo verborum cortici, eſt erronea, & aliena prorſus à ſenſu genuino eiuſdem Teſtis in vltima parte ibi = *E le diſſe, che l'haueua viſitato, e fattogli il Segno della Croce, e che per le ſue orazioni, e meriti haueua ricuperata la ſanità, e la venne a ringraziare, perche la Teſtimonia lo vidde* = In textu enim hiſpanico legitur, *y le dixo, que le auia viſitado, y echo la Senal de Cruz*, y que per ſus oraziones, y meritos *cobrò* la Salud, y le *vino* a dar las grazias.

Hæc inquam verſio minimè conſonat in ea parte, = *e che per le ſue orationi, e meriti haueua ricuperata la ſanità*, quæ refertur ad tempus remotum, & coheret cum dicto immediato Seruæ Dei, *che l'haueua viſitato &c.* cum tempore magis proximo, & correlatiuo ad Dictum ipſius Teſtis, *y que cobrò*, quod iuxta textum originalem vnicè ſonat, *e per le ſue orationi, e meriti ricuperò la ſanità, e venne a ringraziarla.* In hac enim depoſitione duo ſunt diſtinguenda; primum, quod dicit Teſtis, ſibi fuiſſe reſponſum à Ven. Matre occaſione, qua eam rogauerat, vt Infirmum in ſpiritu viſitaret, cui optimè correſpondet, *quod l'haueua viſitato &c.*, & aliud, quod ex ſe ſubiungit eadem Teſtis = *y que por ſus oraziones, y meritos cobrò la Salud*: ly enim *cobrò* refertur ad tempus magis proximum, nec poteſt continuari cum alio ſatis diuerſo *auia viſitado*, quod iuxta Grammaticos eſt pluſquam perfectum, & denotat viſitationem ipſius Ser-

A

Seruæ Dei præcedenter ſecutam, ſubſequens autem *y cobrò &c.* explicat aſſertionem ipſius Teſtis, quatenus ad ſanitatem ab Infirmo recuperatam ad formam articuli, ſuper quo interrogata fuerat, & quem per extenſum hic addere incongruum non erit ad oſtendendum patenter, qualis ſit gemina interpretatio illius Dicti.

In vigeſimo primo igitur articulo regiſtrato in traductione pagina 86., cui correſpondet particula, de qua agitur, ita ponitur.

21. Item ſe ſanno, & hanno inteſo dire, che per li meriti, & interceſſione di detta Serua di Dio Madre Marianna di Gesù *operò la Maeſtà Diuina molti, e gran miracoli in vita, e dalli primi anni della detta ſua Serua, in diuerſe perſone, e così, che eſprimeranno li Teſtimonii, curando miracoloſamente alcuni Infermi con ſolo toccarli le mani, e colli ſuoi Roſarii*, e Reliquie, e molti altri, che ſanno, e viddero li Teſtimonii.

Et ſuper hoc articulo curationum, & ſanationum interrogata Teſtis reſpondet, vti habetur in eadem traductione fol. 733. ibi =

Sopra il 21. articolo, Diſſe, che quello, *che sà*, è, che la detta Madre Marianna diſſe alla Teſtimonia, che facendo la ſua caſetta, ſi trouò vn giorno in gran mancanza di denaro per pagare li Officiali &c.

E ſimilmente, ſtando la Teſtimonia colla detta Madre Marianna, venne vn Seruitore di vn Auditore &c. a domandargli, che raccomandaſſe à Dio vn ſuo Bambino, che ſtaua molto male &c., & in preſenza della Teſtimonia fece la Madre Marianna orazione al *Signore* con molta iſtanza per la ſanità del Bambino, e di poi vidde la Teſtimonia venire il medemo Auditore a ringraziarla della ſanità, che ricuperò il detto Bambino per le orazioni della detta Madre Marianna.

Et continuando materiam ſanationum proſequitur.

E ſimilmente ſtando infermo Don Enrico, che è Franceſe &c. mandò a domandare per la Teſtimonia alla detta Madre Marianna, che lo raccomandaſſe à Dio, *e lei lo fece*, e per la Teſtimonia gli mandò a dire alcune auuertenze per il ſuo teſtamento, e la Teſtimonia le domandò, che l'andaſſe à viſitare, come ſoleua fare agl'altri Infermi, in Spirito, e le *diſſe, che l'aueua viſitato, e fattogli il Segno della Croce*.

Hactenus Teſtis refert, quid propoſuiſſet in eo caſu Seruæ Dei, & quid ſibi ab ea reſponſum, & ex ſe deinde ſubiungit, vt legitur in textu hiſpanico = *y que por ſus oraziones, y meritos cobrò*, non dicit *auia cobrado*, vt perperam in verſione expoſitum *aueua ricuperata*; quo caſu continuaret ſenſum antecedentis clauſulæ, & referri poſſet ad Dictum ipſius Seruæ Dei, ſed ad formam articuli proprium ſenſum explicare intendit, *quod Infirmus mediantibus orationibus, & meritis eiuſdem Seruæ Dei ſanus effectus fuerat*; quod clariùs dilucidatur ex ſubſequenti clauſula concepta ſub eodem tempore, *y le vino a dar las grazias, porque eſta Teſtigo la vido*, e venne a ringraziarla, perche la Teſtimonia lo vidde. Et hic aduertendum, quod illa particula, *y que* iuxta ſtylum Notariorum illarum partium paſſim in huiuſmodi proceſſibus hiſpanico idiomate exaratis adhibita, non eſt coniunctiua ſenſus immediatè præcedentis, ſed eſt apta coniungere, & re-

uocare ſenſum etiam remotiſſimum, vt in hypotheſi contingit, quoniam ly *y que* refertur ad principium depoſitionis ſuper hoc articulo ibi = *Diſſe, che quello che sà, è che la Madre Marianna &c.* itaut in omnibus deinde caſibus, quos per caput ſeparatum refert, ſemper ſubintelligendum eſt = *SA GHE*, & ſic in caſu noſtro optimè conſonat, quod poſtquam Teſtis retulit ea, quæ ex commiſſione Inſirmi perpetrauerat, & reſponſionem ſibi datam à Serua Dei, ſubiungat = *E sà, che per le ſue orationi, e meriti ricuperò la ſanità, e venne a ringraziarla*, ideoque apprimè addit cauſam ſcientiæ *perche la vidde*.

His in hypotheſi elucidatis, genuina illius particulæ traductionem eſſe crederem, ſi diceretur.

E ſimilmente ( ſubintellige sà, che ) ſtando Infermo Don Enrico &c. mandò a domandare per mezzo della Teſtimonia alla Madre Marianna, che lo raccomandaſſe à Dio, e lei lo fece, e gli mandò a dire, per l'iſteſsa Teſtimonia alcune auuertenze &c. e la Teſtimonia le domandò, che l'andaſſe a viſitare, come ſoleua fare agl'altri Infermi, in ſpirito, e la Ven. Madre le diſſe, che l'aueua viſitato, e fattogli il Segno della Croce = Hactenus refertur ad reſponſionem Seruæ Dei, ſubiungit deinde eadem Teſtis, *y que por ſus oraziones, y meritos cobrò la ſalud*, quod aliter explicari non poteſt iuxta præmiſsa, niſi retenta illa particula, *e sà, che* per le ſue orazioni, e meriti ricuperò la ſalute, vtì litteraliter legitur in textu hiſpanico *Cobrò*, non autem *auia cobrado*, vtì legi deberet ad ſoluendam ab erroneitate verſionem, de qua iuremerito dubitatum fuit.

B
*Interpretatio Dicti ſuper Art. III.*

Conſideraui etiam aliam particulam depoſitionis eiuſdem Donnæ Eluiræ de Villabobos regiſtratam in dicto Proceſſu originali ſuper art. 3., mihique indicatam ibi = *y en particular ſe acuerda entre otras coſas, que eſtando eſta Teſtigo con la dicha Madre Mariana de Ieſus, ſu companera Cathalina de Chriſto le pedia, que encomendaſe à Dios al Principe de Gales, que ſe tornaſe Chriſtiano, pueſeauia venido tantus leguas, y la dicha Mariana de Ieſus reſpondio, calla Amiga, que eſſe bocado, no lo puedo tragar, ni digerir, que tu lo ves con los oios corporales, mas aii dequien lo ve con el eſpiritu, y ſe lo dan a ver, y palpar con las manos*.

Quamuis autem verſio huius clauſulæ iuxta litteralem corticem verborum, vtì legitur in traductione ſuper d. art. 3., bene conſonet ibi = Et in particolare ſi ricorda, che ſtando la Teſtimonia colla detta Madre Marianna di Gesù, la ſua compagna &c. le diceua, che raccomandaſſe à Dio il Prencipe di Galles, che ſi faceſse Chriſtiano, poiche era venuto da tanto lontano, e la detta Madre Mariana le riſpoſe: Taci amica, che queſto boccone *non lo poſſo inghiottire, ne digerire*, perche tu vedi queſte coſe colli occhi corporali, ma vi è chi le vede in ſpirito, *e glelo* danno a vedere, e toccare colle mani.

Aduertendum tamen crederem, quatenus ad me attinet, quod illud adagium *eſſe bocado ne lo puedo tragar, ni digerir*, quod eſt commune etiam alijs linguis, iuxta diuerſitatem materiarum dupliciter intelligi poteſt, aut enim refertur ad actum intellectus, & tunc nihil aliud importat, niſi *hoc percipere, hoc capere, hoc mihi ſuadere*

*non*

*non poſſum* : ſi verò ad actum voluntatis, denotat diſplicentiam, amaritudinem, & dolorem, quod hoc, vel aliud contigerit, aut euenturum dignoſcatur, & explicandum venit, *hoc ſanè mihi diſplicet, hoc me cruciat, angit*, & ſimilia denotantia animi paſſionem.

Hoc præſuppoſito, adagium adhibitum, vt refert Teſtis, per Seruam Dei occaſione, qua rogabatur, vt Deum oraret pro conuerſione Principis Valliæ ibi = *Taci amica, che queſto boccone non lo poſſo inghiottire, ne digerire &c.*, aut intelligendum crederem, quod ſibi ſuadere non poterat, quod ille Princeps reuerſurus eſſet ad gremium Catholicæ Fidei, ſiue quod ſummopere angeretur, quod in ſuis erroribus eſſet permanſurus, *quoniam ita euenturum in ſpiritu prænouerat ex Dei reuelatione*, vt innuit per verba immediatè ſubſequentia ibi = *Perche tu vedi queſte coſe colli occhi corporali, ma vi è chi le vede in ſpirito, e gle lo danno a vedere, e toccare colle mani* = ideoque caſus iſte affertur à Teſte in probationem Tertij ex articulis in dicto Proceſſu informatiuo oblatis vbi ponitur.

Item, ſe ſanno, & anno inteſo dire, che la detta Serua di Dio Madre Marianna di Gesù hebbe molta familiarità, e dolci colloquii con Gesù Chriſto Signor Noſtro, e la ſua Santiſſima Madre, San Pietro Apoſtolo, & altri Santi, dalli quali fù molto fauorita.

Et hoc retento themate phraſis illa adagialis *queſto boccone non lo poſſo inghiottire*, trahi non valet ad aliam intelligentiam, puta ad denotandum, quod Serua Dei repugnantiam, ſiue auerſionem haberet orandi pro conuerſione illius Principis, ſed vnicè quod ex altiori principio nunquam eueuturam ſibi ſuaderet, ſeu, quod nunquam euentura eſſet ſummopere doleret, & angeretur, vt innuimus.

Et hæc iuxta tenuitatem meæ peritiæ in ſubiecta materia adnotanda cenſeo, ſalua ſemper meliori cenſura, & in præmiſſorum omnium fidem me ſubſcripſi.

*Franciſcus Berrettini Peritus vt ſupra Deputatus.*

Fidem facio per præſentes Ego infraſcriptus Sac. Rit. Congregationis Notarius Cancellarius, & Archiuiſta qualiter per me fuit exhibitus ſupradicto Domino Franciſco Berrettini Proceſſus originalis Remiſſorialis, & Compulſorialis Auctoritate Apoſtolica in Villa Matriti Toletanæ Diœceſis conſtructus ab anno 1626. vſque ad annum 1628. in Cauſa Beatificationis, & Ganonizationis Vener. Seruæ Dei Mariæ Annæ à Ieſu Ordinis Excalceatorum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum ſuper illius Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis in ſpecie, ex quo per eumdem in præſentia mei &c. fuit extracta Particula depoſitionis D. Eluiræ de Villalobos Hyſpanico Idiomate in eodem Proceſſu regiſtrata ſub *fol.* 125. *circa finem*, quæ incipit = y *aſimiſmo eſtando conforme Don Enrique &c.* = & definit = *perque eſta Teſtige lo vido &c.*

Item alia particula depoſitionis eiuſdem D. Eluiræ de Villalobos, deſcripta in eodem Proceſſu Hyſpanico *ſub fol.* 23. *circa finem*, quæ incipit = Y *en particular ſe acuerda entre otras coſas &c.* & definit = y *palpar con las manos* =, quæ particulæ ſicut ſupra extructæ, & in ſupradicta atteſtatione, ſiuè peritia, per eumdem Dominum Berettinum exemplatæ, fuerunt poſteà per me &c. de verbo ad ver-

verbum cum dicto Proceſſu originali collationatæ, & cum eodem ad literam concordare repertæ, ſalua ſemper &c.

Item Teſtor ſupradictum Dominum Franciſcum Berettini in traductione Linguæ Hyſpanicæ in Italicam, ſeu Latinam, adeo eſſe verſatum, vt in hac Romana Curia nemini ſecundus communiter habeatur, & in ſimilibus Proceſsibus Cauſarum Beatificationis, & Canonizationis pluries fuiſſe in Traductorem deputatum, in quorum fidem me ſubſcripſi hac die 31. Martij 1742.

*Ita eſt Coſmus Antonius de Bernardinis Sac. Rit. Congregationis Notarius Cancellarius, & Archiuiſta in fidem &c.*

R E V I S A

*Ioannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.*

J. Prun. ut sa

J. P. A. Scer.

MO
10
6743924
22AG17